li modo tollerata fuit cum contri/tione atq3 displicentia defectuum cōmissorum infinita ideo plenarie satisfecit. Ita beatꝰ apostolus paulus ostendit esse du3 ait. Si linguis hominum loquar ⁊ angelorum ⁊ si habuero pro phiam: ⁊ si distribue/ro in cibos pauperu3 omnes facultates meas: ⁊ si tradidero corpus meum. ita vt ardeam: caritatē aūt ñ habuero nihil mihi prodest. Oñ/dit itaq3 beatus apostolus opera finita non habere sufficientiā ad puniendum siue premia tribuendum absq3 condimento ⁊ pinguedine caritatis affectuose.

Quomodo sanctum desideriu3 ⁊ contritio cordis culpe satisfacit atq3 pene in se ⁊ in alio: ⁊ quomo/do culpe satisfacit aliquando sed non pene. Capi.iiij.

Ostēdi tibi filia carissima quo modo culpa in isto tempore finito non punitur ex aliqua sim/plici ⁊ mera pena que tolleretur: s3 punitur ex pena que cum ingen/ti dilectione desiderio ⁊ contritio/ne cordis ab aliquo sustinetur ⁊ nō virtute siue merito pene. immo virtute desiderij feruentis anime. sicuti desideriu3 ⁊ alie virtutes habent in se vitam propter iesum vnigenitum meum crucifixum inquātum anima dilectione3 extraxit ab illo: ⁊ virtutibꝰ vestigia eius sequitur: ⁊ per hunc ⁊ non per modum alium valent. Et ita plene satisfa/ciunt culpe cum intima dilectione acquisita in agnitiōe mee dulcissime bonitatis ⁊ in dolore cordis ⁊ amaritudine semetipsum atq3 defectus proprios agnoscendo. Que cognitio parit odium ⁊ displicentia3 peccatorum ⁊ proprie sensualitatꝫ quare se fructu indicant indignu3 ⁊ penaꝝ valde dignū. Itaq3 dice/bat illa dulcissima ṽitas: vides ꝙ ex contritione cordis cū amore ṽe humilitatis atq3 pacientie se reputant hoīes penarum dignos ⁊ indignos fructu. Et ideo per humilitatem oīa pacientissime tollerant ⁊ isto modo satisfit vt iam dictū est. Tu postulas a me penas vt satisfi/at offensionibus mihi factis a creaturis meis ⁊ queris me qui su3 summa veritas ⁊ oīu3 vita cognoscere pfter ⁊ amare. Si vis ergo ad pfe/ctam de me cognitionem venire ⁊ me degustare veritatem eterna3 h est via saluberrima v3 vt nunq̄3 a tui cognitione exies vel discedas. Et ex quo profundata fueris ī valle humilitatis in te bonitate3 meā agnoscere studeas ex qua notitia poteris agiliter haurire cuncta ti/bi necessaria. Nulla nāq3 virtus in se potest habere vita3 nisi caritate ministrante. humilitas aūt ē pre/cipua nutrix ⁊ baiula caritatꝫ. In agnitiōe vero tui humiliaberis te considerando p te nō esse sed a mea gratiosa bonitate tuū esse recognosces. Nā anteq3 ipi nasceremini vos dilexi. Et ex ineffabili caritate quā ad vos habui volendo vos ad gratiam recreare laui vos in precioso sanguine iesu xp̄i filij mei qui fuit habundanter effusus cū inextima/

bili dilectiõis ardore. Que ne ſangui
nis effuſio facit illum agnoſcere ve
ritatem: qui remouit a ſe nubẽ amo
ris proprij: nam aliter agnoſcere nõ
valeret. Tunc in cognitione mee
bonitatis in ſe ſuccenditur anima
cum ingenti dilectiõe propter quã
in iugi pena cõmoratur: non quidẽ
in pena que cruciet animam vel ex
ſiccet imo pinguefacit ipſam. Sed
q: veritatem meam agnouit ꝛ cul/
pam ſuam atqꝫ cecitatem ꝛ ingra/
titudinem proximi ſui penaꝫ intol
lerabilem habet. Et ideo q: me dili
git conturbatur ꝛ dolet: nam ſi me
non diligeret non doleret. Statim
ergo ꝙ tu ꝛ alij ſerui mei noueritis
modo predicto meaꝫ veritatẽ opor
tebit vos iniurias q̃plurimas tri/
bulationes ꝛ improperia verbis ꝛ ope
ribus vſqꝫ ad mortem pp gloriam ꝛ
laudem nominis mei multipharie
ſuſtinere. Tu ergo ꝛ alij ſerui mei tol
lerate cum patiẽtia ꝛ doloribus of/
fenſas ac amore virtutum propter
meam gloriam ꝛ honorẽ. Sic. n. agẽ
do ſatiſfiet culpis veſtris in tantuꝫ
ꝙ pene quas ita tollerabatis vere ca
ritatis virtute ſufficient in vobis ꝛ
in alijs ad ſatiſfaciendum atqꝫ pre/
miandum. In vobis quippe fru/
ctum habebitis vitalem extinctis
veſtrarum ignorantijs macularuꝫ
ꝛ ego tradam obliuioni cuncta deli
cta veſtra. In alijs vero ſatiſfaciam
propter veſtre caritatis affectum ꝛ
illis donabo libere ſm diſpoſitionẽ
quam in ſe recipient ꝛ acceptabũt.
Spãliter illis culpam pariter ꝛ pe/
nam gratioſe relaxabo qui ſeruorũ
meorum doctrinam reciperẽt cuꝫ re
uerentia ꝛ humilitate ſe diſponũt.
Quomodo? Dĩ ꝙ ex hoc veniẽt ad
veram huiuſmodi noticiam diſpli/
centiam atqꝫ contritionem ſuorum
omnium peccatorum. Itaqꝫ me/
diantibus orationibus atqꝫ feruen
ti deſiderio ſeruorum meorum hu/
militer acceptantes ꝛ benigne reci
pientes in ſe gratie ſingularis fru/
ctum habebũt in maiori ſiue mino
ri gradu prout voluerint gratiam
cum virtutibus exercere. In ge/
nerali vero dico ꝙ ꝓpter veſtra de
ſideria ſancta remiſſionem ꝛ dona/
tionem ſolummodo recipient cõmiſ
ſorum niſi iam ipſorum tanta foret
obſtinatio ꝙ a me voluerint ex de/
ſperatione reprobari ſanguinem fi
lij mei cõtemnendo qui eos cũ ſum/
ma dulcedine redemit. Quem er/
go fructum habebunt? hic ẽ ille fru
ctus quem accipient: ꝙ a ſeruorum
meorum inductus ꝛ artatus oratio
nibus eos expecto lumẽ ipſis exhi/
bens: conſcientie canem excitando
eos deguſtare faciens virtutũ odo/
rem: ꝛ delectari ſalubri conuerſatio
ne ſeruorum meorum. Aliquando
permitto ꝙ iſte mundus oſtendat
eis miſeriam ſuam: in quo ſentiunt
ꝛ vident varias paſſiones atqꝫ ſuaꝫ
inſtabilitateꝫ vt cor ꝛ ſua deſideria
ſurſum eleuent ꝛ ſupernam patriaꝫ
eterne vite perquirant. Et ita pre/
dictis ꝛ alijs quãpluribus modis ꝛ
vijs quarum varietatem oculis vi/
dere non ſufficit: neqꝫ cor cogitare:
neqꝫ lingua loqui ſ preualet ex ſola
dilectione perambulo vt ad ſtatuꝫ

gratie reducantur ꝛ ī eis mea veri/
tas impleatur. Ad iſta cōpellor ab
ineſtimabili caritate mea que me
coegit ad creanduꝫ eos ꝛ etiam ſer
uorum meorum orationibus ꝛ an/
xijs deſiderijs ꝛ offenſarum ingenti
dolore quia lachrimas atqꝫ ſudores
ꝛ ipſorum orationes humiles valde
gratanter accepto. Nam ego ſum
ille qui ſuos proximos amare facio
ac etiam de animarum detrimen/
to viſcroſe dolere. Sed huiuſmodi
generalibus non exhibetur pene ſa
tiſfacio: ſed ſolummodo culpe: quo/
niam ex ipſorum parte cum amore
perfecto dilectionem meaꝫ atqꝫ ſer
uorum meorum apprehendere mi
nime ſe diſponunt: nec etiam dolo/
rem ipſorum cum amara contritio
ne ꝛ perfecta peccatorum ſuorum ſꝫ
cum imperfectione contritionis ꝛ
amoris. Et ideo non habent neqꝫ re
cipiunt vt alij pene ſatiſfactionem
ſed culpe. Nam ex vtraqꝫ parte dā
tis videlicet. atqꝫ recipientis diſpo
ſitio congrua requiritur. Et quoni/
am ambulant imperfecto modo im
perfecte recipiunt perfectioneꝫ de/
ſideriorum illorum qui cum penis
offerunt pro eis illa coram me. Et
quia tibi dixi ꝙ ſatiſfactionem reci/
piebant ꝛ etiaꝫ eis donabatur. Ita
recte veritas eſt eo modo quo ſu/
perius dictum eſt. Nam ex lumine
conſcientie ac alijs ſupradictis eis
remittitur culpa quia dum de ſe co
gnitionem incipiunt habere fecem
putridam peccatorum ſuorum vo/
munt ꝛ a ſe reijciunt vnde recipi/
unt a me donum gratie ſingulare.

Hij ſunt in cōmuni caritate cō/
morantes qui ſi loco correctiōis hu
militer acceptant ea que tollerant
ꝛ ſi ſancti ſpiritus clementie mini/
me reſiſtunt exeuntes a mortali cul
pa vitam procouldubio gratie reci/
piunt. Si vero tanꝗ̄ ignorantes ꝛ
ingrati circa me ac indefeſſos ſeruo
rum meorum labores in ſua miſe/
ria pſeuerant: illico quod eis a mea
miſericordia donabatur: accedit eis
in preiudicium ꝛ in ruinam. Non
vtiqꝫ miſericordie defectu: nec illi/
us qui pro ingrato miſericordiam
impetrabat ſed ſolūꝫ ex duricia cor
dis eius qui liberi arbitrij manu
lapidem adamantinum cordi ſuo
ſuper impoſuit qui niſi ſanguie frā
gatur: alio modo frangi non valet.
verumtamen etiam dico tibi ꝙ ei⁹
non obſtante duricia donec eſt in tē
pore quo poteſt vti libero arbitrio
ſanguinem poſtulando dilectiſſimi
filij mei ꝛ illum imponens eadem
manu ſuper duritia cordis eius in/
dubitāter illud infringet: atqꝫ ſan/
guinis dulcem fructum inde reci/
piet qui pro ipſo tam habundanter
effuſus eſt. Nulluꝫ vero decetero re
medium ei reſtat vltra tempus diſ
ferrendo quia non rettulit mihi. do
tem quam ei tribui. Nam vt bene/
fitiorum meorum quottidie recor/
daretur ei tribui memoriam ꝛ intel
lectum vt agnoſceret veritatē ac ēt
affectum vt me veritatem eternam
amaret quam intellectus agnouit.
Iſta dos eſt illa quā ex gratia ſola
vobis exhibui que debet ad me pa
trē redeundo pſentari: ſꝫ ille vedēs

illam demonio tradidit ⁊ cuȝ ipſo recedens vadit portando illa ſecū que lucratus eſt i vita preſenti memoriam vȝ implendo delitūs atq̧ reminiſcentia peccatorum. ſupbia .ſ.auaritia amore propri o ſui:odio piter ⁊ diſplicentia proximoꝝ exiſtens cuȝ perſidia perſecutor ſeruorum meorum. In huiuſmodi miſerijs obfuſcatur intellectus:⁊ ita cū ſordibus eorum incidunt in baratrum eterne dānationis abſq̧ fine q2 neglexerunt culpe ſatiſſactionē cū contritione cordis atq̧ diſplicētia peccatoꝝ:habes ergo q̄uo non ex penis finitis tantūmodo ſed ex contritiōe cordis perfecta pena ſatiſfacere culpe pōt. ⁊ nō ſolūmodo culpe:ſed etiam pene que ſequitur poſt culpam his qui habent huiuſmodi perfectionem. Generalibus vero ſatiſfit culpe ſolūmodo vt iaȝ dictum eſt:q2 donum gratie recipiunt priuati ſecibus mortaliuȝ peccatorum qui contritionem atq̧ dilectionem non habendo cōdignas ad ſatiſfaciendū ad purgatorij penas adducuntur. Itaq̧ conſpice q̄ ex anime deſiderio copulato ⁊ vnito in me qui ſum bonum exceſſiue ſummum huiuſmodi pene ſatiſ it modicum atq̧ ſatis iuxta metam perfecte dilectionis orationes ⁊ deſideria ſancta largientis atq̧ percipientis. Eadēq̧ ipſa mēſura que mihi prebetur ⁊ in ſe ab illo recipitur a mea clementia remetitur. Igitur ignem affectuoſi deſiderij tui iugiter augumentare ſtude neq̧ pmittas attomū huius tibi conceſſi temporis inaniter pertrāſire quin humili voce coram me ꝓ ciſdem ⁊ oratione continua clames Ita tibi ⁊ anie tue patri dico queȝ dedi tibi ſuper terram vt viriliter tolleretis ea que conceduntur vobis omni voluntate propria ſenſitiua perempta.

Quo modo valde placet altiſſimo deſiderium velle pro ipſo pati Capi. v.

Valde mihi gratum eſt pro animaꝝ ſalute iugiter vſq̧ ad mortis horam labores ⁊ penas vndecunq̧ proueniant vehemens deſiderium tollerādi q2 quanto ſuſtinetur amplius tanto magis dilectionis mee ſignū oſtenditur. Et ita diligendo plus de mea veritate comprehenditur: ⁊ quāto plus agnoſcit plus de meis offenſionibus dolet atq̧ penam intollerabilē ſentit. Tu quippe ſuper te puniendos alienos defectus humiliter a me poſtulabas ⁊ tunc aduertebas q2 dilectionem ⁊ lumen ⁊ notitiam veritatis habere deſiderabas q2 tibi iam dixi q̄ quāto maior erat amor tāto magis augetur amaritudo ſimul ⁊ dolor. Ergo dico vobis petite ⁊ accipietis q2 nūq̄ denegabo in veritate petēti. Cogita filia q̄ amor diuine caritatis qui viget in anima copulatur ⁊ vnitur adeo cum perfecta patientia q̄ vnū nō valet ab alio ſegregari. Quare dȝ aīa cū diligit atq̧ diſponit amare me. ſimiliter eligere ſtatim amore mei tollerare penas vndecūq̧ pro

ueniant vel qualitercūqꝫ ſibi ꝯcceſ-
ſero:qꝛ patientia ſolūmodo probat̄
i penis. Et vt ex p̄miſſis aperte cō-
prehendit̄ indiuiſibiliter eſt vni-
ta patiētia caritati. Ergo virili cor
de portate. nam aliter filij fideles
atqꝫ ſponſi mee veritatis nō eſſetis
nec honoris mei ⁊ animarū ſalutis
in veritate videremini guſtatores.

Qualiter oīs virtus ⁊ oīs defe-
ctus fit proximo mediante.

Capi. vi.

Vnum te volo nō ignorare. ſ.
ꝙ oīs virtus ⁊ oīs defectus
mediante proximo ꝑpetratur. Ille
qui cōmoratur in odio mei dānifi
cat proximū atqꝫ ſemetipſum qui
eſt proximus principalis. In gene
re illi atqꝫ particulariter detrimē-
tum infert. In genere qꝛ tenemini
diligere proximum veſtrū velut
vos metipſos. Illum diligendo ſpi
ritualiter orationibus ⁊ verbis ei
conſulendo ⁊ eū ſpūaliter adiuuā-
do atqꝫ tp̄aliter ei debetis in ſuis
neceſſitatibus ſubuenire ſaltem bo
na voluntate ſi nequaꝗ̄ haberetis
aliud:qꝛ qui me non diligit etiam
proculdubio proximū non diligit
⁊ qui non diligit eū ipſi non ſubue
nit. primitus ergo ſemetipſum of-
fendit qꝛ ſibi gratiā abſtulit:dein-
de proximum ſuū ei ſubſidiū ſuffe
rendo:qm̄ orationes ei minime lar
gitur atqꝫ ſcā deſideria que coram
me pro illo tenet̄ effundere. Quelibet.
n. ſubuentio dꝫ oriri ex dilectio
ne quā ei gerit intuitu mei ſcī nois
Et ecōuerſo quicunqꝫ defectus pro

ximo mediāte ꝑpetratur:qꝛ vꝫ me
nō diligēs ēt proximi caritate pri-
uatur:vnde cuncta mala procedūt
cū aīa nō ē i caritate mei atqꝫ pri-
mi. Qui nāqꝫ bonū ñ opat̄ ex ꝯñti
malū agit. qui ꝟo malū agit ꝯ quē
agit atqꝫ demōſtrat̄. prius ꝯ ſeipm
deinde ꝯtra proximū ſuū. Nō ꝯtra
me qm̄ in nullo me dānificare pōt
niſi pro quāto qđ illi fit ego repu-
to mihi ſcm̄. Semetipꝫ ergo culpe
detrimēto dānificat que priuat eū
grā mea:⁊ ita nihil ei deterius ac-
cidere pōt:proximum quoqꝫ dāni-
ficat ⁊ offendit ei non exhibēdo de
bitum amoris atqꝫ fraterne dile-
ctionis ex quibus ei ſubuenire te-
netur vꝫ orōne ſciſqꝫ deſiderijs ob
latis añ me pro illo. Iſta ſubuētio
generalis eſt que dꝫ oībus ipēdi.
Particularis aūt ē vtilitas illa q̄
fit his qui magis vr̄is oculis ap-
propinquāt:qm̄ adinuicem ſubue-
nire tenemini verbo ⁊ exēplo bo-
noꝝ opeꝝ:⁊ in oībus alijs oportu-
nis fideliter ei ꝯſulēdo taꝗ̄ aīe ſue
ſine reſpectu proprie paſſionis vel
vtilitatis. Hec ꝟo nō agit ille qui
iā ꝫ priuatus eſt caritate fraterna.
Itaqꝫ vides ꝙ ita nō agens itulit
illi ꝑticulare dānum. Et nō ſolum
dānificat illū bonū qđ poterat ñ i
pēdendo veꝝ ēt ingi detrimento
vꝫ iſto mō. Peccatū actualiter at-
qꝫ mētaliter ab hoīe ꝑpetrat̄. Mē
taliter. n. iam conſtat eē cōmiſſum
qñ ꝯcipit ex peccato ꝯplacentiā. ⁊
odiū virtutis ex amor̄ proprio ſen
ſitiuo qui priuauit eū affectu cari
tatis quē ꝫ hēe dꝫ ad me ꝑiter ⁊ ad

proximum ſuũ. Et ex quo concepit parit vnũ poſt aliud ſuper verticez proximi modis varijs vt eius volũtati peruerſe placet: Nam aliquãdo ↄcernimus ſpiritualem atqȝ corporalẽ quandã crudelitatẽ parere: Spiritualis eſt in mortis atqȝ dãnatiõis periculo videre ſe ceteraſqȝ creaturas ex priuatiõne gratie: ⁊ ẽ adeo crudelis ꝙ amore virtutuȝ ⁊ odio vitiorum ſibi ⁊ alijs ſubueñire non curat: imo veluti crudelitatis amator ſuam crudelitatẽ vlterius extendere ſtudet: vȝ qꝛ noñ ſolum virtutum exemplo miñime refulget: ſed veluti neqȝ homo demoniorum aſſumẽs officiũ ſubtrahit a virtutibꝰ ⁊ ad vitia iuxta poſſe creaturas adducit: Iſta crudelitas ẽ aduerſus animam quoniam detestabile ſe fecit inſtrumentũ ad auferendũ ei vitam gratie ſibi procurãdo mortem eternam ⁊c. Crudelitate vero corporali fruitur ex iniqua cupiditate qꝛ noñ ſolũmodo de ſubſtãtia ſua proximo ſubuenire negligit verũ etiã aliena rapere iuxta poſſe conatur perſonas pauperculas expoliando: Aliquãdo pretextu dominationis: ⁊ aliquãdo ſtudio dolo ſe fraudis redimi faciẽdo bona proximorum ⁊c: ⁊ quod etiã eſt valde crudelius etiam proximorum perſonas proprias: O miſeranda crudelitas que mea miſeratione priua beris: niſi cum illo reddeas ad beniuolentiam atqȝ pietatem: Et aliquando parit iniurioſa verba poſt que quandoqȝ ſequitur homicidium. Quandoqȝ parit iñhoneſtatem in perſona proximi propter quam efficitur animal omnino brutuȝ omni putrediñe plenum. Nec vnum vel duos tantũmodo veneñat: ſed vniuerſi qui ſibi dilectiõe ſiue conuerſatione coherent ab ipſo procul dubio toxicantur. In quẽ parit ⁊ exercet elationem atqȝ ſuperbiam: ſolũmodo in proximum ex propria reputatione ſui ⁊ inani iactantia: vnde cum diſplicentia contẽpnit alios exiſtimando ſe maiorem: ⁊ iniuriam infert illis. Si dominiȳ ſtatuȝ habet iñiuſtitiam atqȝ crudelitatẽ exercendo fraudator ⁊ vorator hominum eſt effectus. O cariſſima filia ſuper offenſione mea cõdoleas ⁊ ſuper hõs mortuos amariſſime plora vt oratiõne pia reſurgant ab huiuſmodi morte peſtifera: vides eniȝ vbiqȝ ab omnibus contra proximũ ⁊ illo mediante peccata quãplurima perpetrari. Alias peccatum occultum ſiue manifeſtum omnino abeſſet. Occultum eñim eſt dum illud in quo teñetur illi noñ impendit: manifeſtum vero quañdo vitia parit vt iam dixi. verum eſt ergo ꝙ omnis offenſio mihi facta mediante proximo perpetratur.

Quomodo virtutes mediañte proximo perpetrañtur ⁊ quare virtutes ipſe tãtũ in creaturis poſite ſunt differentes.

## Capitulum.vij̄.

NArraui tibi q̄uō cūcti defe/
ctus mediante proximo pera/
gunt quātū ad illos qui priuati ſūt
caritatis affectu:que virtutes oēs
viuificat roborat ⁊ confirmat. Et
ſic amor ꝓprius qui caritatē aufert
proximorū eſt ꝓcul dubio malorū
omniū execrabile fundamentum.
Oia ſcandala crudelitates ⁊ odia
⁊ inconuenientia multa procedūt
ab iſta venenoſa radice:hic execra
bilis,atq; deteſtabilis amor vniuer
ſum orbē letaliter vulnerauit ⁊ īfe/
cit egritudinē inferēdo corpori mi/
ſtico ſancte matris eccleſie: necnon
⁊ vniuerſali corpori xpiane religio
nis:q2 iā tibi dixi ꝙ vniuerſe vir,tu
tes in proximi caritate fundant:ac
etiā ꝙ oībus virtutibus ipſa cari/
tas vitā adminiſtrat.Et vere ſic eſt
q2 nulla virtus acquiri pōt abſq;
caritate.i. ꝙ ex pura mei dilectio/
ne virtutis meritū acq̄rat. Poſtq̄
eni aīa ſemetipſam agnouit vt iam
dixi reperit humilitatē ⁊ odiū pro/
prie paſſiōis atq; ſenſualitatis per
uerſam legē agnoſcēs in mēbris ſu
is annexā que cōtra ſpūm iugiter
pugnat.Et iō cū ſancto zelo ſurre/
xit cū odio atq; diſplicētia prefate
ſenſualitatis illā conculcando ſoli/
citudine maxima ſub iugo rōnis.
In ſe ꝑo reperit ex perceptiōe mul
torum beneficiorum affluentiā bo/
nitatis atq; caritatis mee que cun
cta ruminat in ſemetipſa ⁊ particu
lariter ea recōpenſat. Notitia vero
de ſemetipſa reperta ex humilitate
mihi totum attribuit cognoſcendo
manifeſte ꝙ ex gratia ſingulari de
tenebris eā abſtraxi ⁊ ad lumē ve
re cognitionis eā adduxi. Mea de/
niq; cognita bōitatē feruenē amat
illam abſq; medio pariter ⁊ cū me/
dio:abſq; medio.ſ.ſui vel vtilitatis
proprie ipſam virtute mediante:di
ligendo q̄ ex mea dilectione conce/
pit q2 cernit aperte ꝙ niſi concipe/
ret odium ex peccato ⁊ ex virtute
dilectionem mihi non eſſet accepta
ſiue grata. Poſtq̄ autem ita conce
pit ex affectu ſincere dilectionis il/
lico parit illam in proximo ſiue ſu/
per proximū q2 non eſſet aliter ve/
ra virtus illa quā in ſe concepiſſet.
Nā ꝑut in veritate me diligit ſic
vtilitatē proximo ſuo facit. Aliter
enī eſſe non ꝑōt q2 meus amor atq;
ꝓximi vnū ſunt.Et quāto plus me
diligit aīa tanto magis proximum
eius amat: nam amor proximi ab
amore meo procedit ⁊ oritur. Hoc
eſt vtiq; mediū illud vobis a mea
bonitate poſitum vt in vobis vir/
tutes experiamini: ⁊ vtilitatē quā
mihi facere non valetis exerceatis
eā in proximo veſtro. Et hoc aper
te manifeſtat ꝙ me per gratiā ha/
beatis in animabus veſtris fructū
in illum exercentes cum orationi/
bꝰ deuotis ⁊ affectuoſa caritate me
um honorem exquirendo atq; ſalu
tem animarum. Nunq̄ anima phi
locapta ⁊ inflamata de veritate

mea vniuerſo mundo iuxta poſſe ꝑ
ficere negligit gn̄aliter atqꝫ parti/
culariter modicum vel ſatis iuxta
diſpoſitionem recipientiſ. ꝛ prout in
g̃nꝰ deſideriū m interceden̄tiſ a me
poſtulat ꝛ exigit vt ſuperius eſt ex/
preſſum vbi declaraui ꝙ ad culpā
detergendam abſqꝫ deſiderio vehe
menti ſolūmodo pena minime ſuffi
ciebat. Poſtqꝫ autem vtilitatez at/
tulerit propter vnionē amoris quā
fecit in me vnde procedit amor ꝓ
ximi eius affectu dilatato circa ſa/
lutem orbis vniuerſi: ſubueniendo
iuxta poſſe neceſſitatibus omnium
ex quo primitus ſibiipſi profecit ex
habituali cōceptu virtutum a qui/
bus gratie vitam extraxit illico po
nere conatur oculum in particula/
ri circa neceſſitates proximorum.
Cum igitur primum in genere fece
rit omni creature rationali ex cari
tatiſ affectu ſicut iam dixi. deniqꝫ ꝓ
pinquis affectuoſe ſubuenire cona/
tur iuxta numerum ꝛ qualitatem
diuerſarum gratiarum quas ei con
ceſſi miniſtrandas ꝛ cum proximo
participandas. Nam alicui conce/
do virtutem doctrine verbo conſu/
lendo recte ſine reſpectu ſue cómo/
ditatiſ. Alicui vero exēplū virtuoſe
vite: ad qđ oēs obligamini: vꝫ hedi
ficationem exhibere proximo ſuo
ſancte ꝛ honeſte vite. Iſte ſunt vir/
tutes ꝛ alie plurime quas enumera
re longum eſſet quas operat̄ ꝛ pit
amō atqꝫ ſincera dillectio proximo
rum. Et eas diſtribui valde differē
ter q̄m omnes vni ſoli concedere no
lui preſertim vt quaſi compel am/
ni violenter virtutem ꝛ actum cari
tatiſ in alterutrum exercere. Nam
vni conceſſi virtutem iſtam: alteri
vero q̄ſdam aliam q̄ꝫuis vna perfe
cte ſine ceteris hēri non valeat q̄n̄
omnes virtutes adinuicem ligate
ſunt ꝛ ān̄exe. Sed aliquas dono ſin
gulares veluti principales ꝛ ꝓ ca/
pite ceterarum. Alicui nāqꝫ conce/
do principaliter caritatem affabilē
Alicui iuſticiam: alteri humilitatē:
Alicui fidem viuam: Alteri prudē
tiam: temperantiam: patientiā. Al
teri fortitudinem indefeſſam. ꝛ im
perterritam. Iſtas ꝛ alias q̄ꝫpluri/
mas concedo differenter non vni ſo
lūmodo ſed multiſ. Quāuis anima
poſſideat vnam pro pꝛīcipali obie
cto cum qua magis auide cōuerſat̄
ꝛ exercetur q̄ꝫ cum aliis tamen ex il
lius affectu ceteras virtutes ad ſe
trahit. Nam vt iam dixi virtutes
omnes inuicem ān̄exe ſunt in affe/
ctu caritatis. Et ita q̄ꝫplurima dōa
ꝛ virtutum gratie ſpiritualiter at/
qꝫ corporaliter ſunt a bonitate mea
diſtributa differenter. Corporaliter
dico pro rebus hominis vite neceſ
ſariis in tanta differentia ſum om/
nia largitus: omnia non exhibens
vni: vt ex neceſſitate cauſam ha/
beatiſ virtutem ꝛ actam caritatis i
alterutrum exercere. Mihi nāqꝫ fa
cillimum erat homines quoſcunqꝫ
bene dotare ſm̄ corpus ꝛ ſm̄ ani/
mam omnibus opoꝛtunis. Ego ve/
ro potius volui ꝙ vnus alterius in
digeret vt eēnt mei boni diſpēſato
res ad cōtribuendum gratias ꝛ do
na que receperunt a bonitate mea

q² velit nollit homo cōpellitur vti
cum proximo ſuo caritat̃ actu. Si
tamen actus huiuſmodi non ſit in/
tuitu mei: q̃ntum ad gratiam nihil
ei prodeſt. Itaq; vides q̄m vt mu/
tue caritatis vterent̃ virtute meos
miniſtros eos ꝯſtitui ꝛ in diuerſis
gradibus atq; ſtatibus varijs col/
locaui hoc vtiq; apte demōſtrat ꝙ
in domo mea multe ſunt manſiōes
Nā ego nihil aliud a vobis q̃ȝ amo
rem exigo q̄m in amore meo dile/
ctio proximi ꝯſumatur ꝛ qui proximū
diligit vtiq; legē īpleuit. vn̄ quicū
q; dilectionē hūerit oēm vtilitatē
quam proximo ſuo pōt afferre iuxta
poſſe libentiſſime facit ꝛ operatur.

Quomodo probantur virtutes
ꝛ fortificantur in hominibus ex cō
trarijs ipſarum. Capi. viij.

HUcuſq; viri tibi qualiter ī ca
ritate ꝯſtitutus vtilitatē agit
ꝛ operatur iuxta poſſe proximo ſuo.
Et in hoc actu manifeſte panditur
amor quē erga me gerit. Nūc vero
dico tibi ꝙ ipſo proximo mediāte ꝓ
bat in ſe virtutes vȝ patientiā in/
iuriarū tpe quas ab eo recepit. Et
expitur humilitatē in ſupbo: atq;
fidem in īfideli ſpē: verā in eo qui
dſpat ſiue diffidit. Et iuſticiā ī iniu
ſto ꝛ pietatē in crudeli: ꝛ benignita
tē atq; manſuetudinē in iracundo.
Oēs ergo virtutes in proximo prō/
bant̃ prout iniqui ꝑ oppoſitum oē
vitiū et in proximo pariunt atq; de/
monſtrāt. Si bn̄ conſideras humili
tas in ſupbia cōprobatur. Nā hu/
militas extinguit ꝛ vincit ſupbiā:
q² ſupbus humili dāpnū inferre n̄
pōt: nec infidelitas hois iniqui me
nō amant̃ nec in me ſpant̃ ei nocer̃
pōt qui mihi fidelis eſt vel eius in
aliquo fidē minuere neq; ſpē illius
qui vere ꝯcepit eā in ſemetipſo ex
dilectione mea imo fortificat illā
ꝛ expitur in ſincera dilectione proxi/
mi ſui. Cū. n. ipm videat infidelē ꝛ
ſine ſpe quacūq; tā in ſe q̃ȝ ī me: fide
lis tn̄ ſeruus meus nō ceſſat ex hoc
quin illū ſincere amet: ideo ſp cum
viua ſpe quā in me ꝯcepit ipſius ꝓ
ximi ſui ſalutē īquirit. Ille qui me
nō amat nō pōt in me fidē vel ali/
quā habere ſpē q² collocauit illā in
ꝓpria ſenſualitate ſua quā diligit.
Itaq; vides ꝙ in infidelitate taliū
ꝛ in defectu ſpei virtus fidei com/
probatur. In his igit̃ ꝛ alijs in qui
bus fuerit expediens illā cōproba/
re in ſe piter ꝛ in proximo ſuo homo
ſalubriter eā expitur. Et ſimiliter
iuſticia non minuitur vel decreſcit
ꝑ Iniuſti iniuſticias: imo virtute
patie patēt̃ oſtendit hoiem eſſe iu/
ſtum ſicuti māſuetudo benigna cū
patia virtuoſa manifeſtatur iracū
die tpe Inuidia quoq; diſplicētia
ꝛ odiū proximi ſupātur ex affectu ſin
cere dilectōnis cū ārio deſiderio at/
q; fame ſalut̃ aīarū. immo noueris
ꝙ nō ſolūmodo virtus hȝ experien
tiam veriſſimā in his qui bonū pro
malo reddere ſattagūt verumetiā
Frequentiſſime carbones igne cari
tatis accenſos in capite proximi col/
locabit qui cordis hois iracūdi ran
corē ꝛ odiū effectualiter anihilat.

⁊ ex odio ſepe reducuntur homines
⁊ veniūt ad beniuolentiam. Et hoc
a virtute caritatis atqꝫ perfecte pa
tiētie procedit que iuget in illo qui
ſuſtinet iniquorum iram ſupportā
do defectus in omnibus eorūdem.
Si diligenter attendas: virtus for/
titudinis atqꝫ perſeuerantie preci/
pue conſiſtit ⁊ comprobatur in tol/
lerantia tribulationum ⁊ moleſtia/
rum: vꝫ virtuoſe portando verborꝫ
iniurias atqꝫ perſecutiōes ⁊ detra/
ctiones hominum qui ſepe ſeruum
meum abſtrahere ⁊ impedire co/
nantur ne viam veritatis ⁊ doctri/
ne ſequatur: aliquando cōtumelijs
⁊ aliquando blanditijs. Si vero vir
tus iſta fortitudinis eſt intra ſe ve/
re concepta totum cum forti perſe/
uerantia patiētiſſime tollerat ⁊ illā
in proximo demonſtrat ⁊ experitur
vt iam dictum eſt. Et ſi tpe neceſſi/
tatis huius ex tollerantia cōtrario/
rū in patientia deficeret aperte vi
deretur ꝙ virtus non eſſet in veri/
tate fundata.

**Hic incipit diſcretionis tractatꝰ ⁊ primo quomodo affectus poni nō debet in penitentia principaliter ſꝫ in virtutibus: ⁊ quomodo diſcretio vitam ab humilitate recipit ⁊ quō debitū ſuū vnicuiqꝫ reddit. Ca. ix.**

ISte ſunt operationes dulces
atqꝫ ſancte quas a ſeruis meis
expoſco vꝫ virtutes anime probate
⁊ intrinſece vt iam dixi. vꝫ non ſolū
modo virtutes q̄ peragūtur actua
li corporis inſtrumēto exteriori cū
diuerſis ⁊ varijs abſtinentijs atqꝫ
penitentijs que ſunt inſtrumenta
virtutum ſed in ſe minime ſunt vir
tutes. qꝛ ſi ſolum h̄ eſſet a bſqꝫ virtu
tibus iam ſupra nominatis valde
modicum acceptabile mihi eſſet. i
mo ſepe ſiquis penitentiam ſuam
diſcrete non ageret ponendo vꝫ af
fectū ſuū in ichoata pnia ſua perfe/
ctio penitus ipediret̄. Ergo ꝑncipa
le fundamētū eē dꝫ i affectu carita/
tis cū odio ſancto ſui cū humilitate
vera ⁊ patia ꝑfecta ⁊ i alijs virtuti
bus itrinſecis aīe cū deſiderio mei
honoris ⁊ ſalut̄ aīarū. Que virtu
tes apte demonſtrāt voluntatē eſſe
mortuā ⁊ iugiter occidit̄ quo ad ꝓ
priā ſenſualitatē ex affectū dilectiōis
virtutū. Cum hac ergo prudēti di/
ſcretiōe debet ꝓ agere pniam vꝫ po
nēdo ꝑncipaliter affectū i virtuti/
bus itrinſecis potius q̄ꝫ i exteriori
pnia. Penitētiā vo: dꝫ vt iſtrumētū
exercere ꝓ incremēto virtutū ꝓut
viderit expediēs ⁊ opari poterit iu
xta ſue potētie metā. Si vero ſuper
huiuſmodi pnia fundamētū agere
vellet idubitanter ipediret̄ ſua ꝑfe
ctio: qꝛ mīme fieret cū lumine ꝯtuo
ſe diſcretiōis: vꝫ nō amando qḋ ego
plus amo nec hēret odio qḋ ego plꝰ
odi. Qꝛ diſcretio nihil ē aliḋ q̄ꝫ ꝟa
cognitio quā de ſe ſimul ⁊ me q̄libꝫ
aīa dꝫ hr̄e. In hac vtiqꝫ cognitione
fūdat̄. Ipſa quidē ē veluti filiꝰ vnꝰ
iſertꝰ ⁊ vnitꝰ ipſi caritaturi. Tn̄ eſt
verū ꝙ multos filios hꝫ veluti ar
bor q̄ plurimos ramos hēat. Sꝫ il/
lud qḋ arborē iſtā atqꝫ ramos viue
re facit ē ꝓculdubio radix dū tn̄ in

hũilitatꝭ terra plãtata fuerit q̄ nu/
trix ē atq3 baiula caritatꝭ vbi conſi
ſtit iſcert⁹ ille fili⁹ ꝛ arboꝛ diſcretõis.
Nã aliter virt⁹ diſcretõis appellari
ñ poſſet neq3 fruct⁹ vite ꝑduceret
ſi plãtaret̃ alibi q̃3 i hũilitatꝭ virtu/
te. Ex ꝓa nãq3 cognitiõe quã h3 aïa
de ſe ꝓcedit hũilitas. Et iã ego dixi
tibi q2 radix huiuſmodi diſcretiõis
erat vera ſui ꝛ mee bõitatꝭ agnitio:
q̃re diſcretiſſime qꝺ ſuũ ē vnicuiq3
ſine dilatione reddit. Pꝛĩcipaliter
ꝓo mihi gloriã atq3 laude3 nomini
meo reddẽs attribuit mihi cũ grã/
rũ actiõe multa munera q̄ recogno
ſcit a mea bonitate gratioſe recepiſ/
ſe. Sibimet aute3 attribuit ea q̄ me
ruiſſe iudicat: ꝛ ſe p ſe ñ eẽ cognoſcẽs
ſuũ eſſe cũ gratijs ſuper eẽ fundatꝭ
ñ a ſe ſ3 a me p grãm ſingulare3 hu
militer ꝛ apte ꝓceſſiſſe fatet̃. Et vi/
det̃ ei fuiſſe nimis ingratã ad huiuſ
modi bñficia tp̃s ēt valde negligẽ/
ter exercuiſſe quare penis ĩfinitꝭ in
dicat ſe eſſe dignã. Tũc vero ꝯcipit
odiũ atq3 diſplicẽtiã ꝯtra ſemetip/
ſam ex defectibus ſuis. Et hoc opat̃
vera diſcretõis virt⁹ i ſui cognitiõe
cũ humilitate fundata: q2 ſi h̄ hũili
tas i aïa ñ eẽt ĩdubitãter eſſet ĩdi/
ſcreta ꝛ ñ diſcreta. Que quidẽ ĩdi/
ſcretio eẽt i ſupbia fundata ſicut in
humilitate diſcretio. Et ideo tanq̃3
latro meũ honoꝛẽ ĩdiſcrete furaret̃
illũ tribuendo ſibi ex ꝓpꝛia reputa
tiõe: qꝺ ꝓo ſuũ ē attribueret ĩdiſcre
te mihi q̃relas atq3 murmuratiões
iniuſtas agẽdo circa miſteria mea
q̄ facerẽ erga ſe vel alios. In oĩbus
iniuſte ſcãdalizaret̃ i me pꝛiter ꝛ in
ꝓximo ſuo. Cõtrariũ aũt opant̃ illi
qui virtute diſcretionis vtunt̃. Ex
quo nãq3 mihi ꝛ ſibi ſicut iam dixi
debitũ reddiderũt illico pꝛoximo
ſuo retribuũt pꝛĩcipale debitũ affe/
ctuoſe caritatꝭ cũ oꝛõne deuota: ꝯti
nua ꝛ hũili. qꝺ vtiq3 debetꝭ i alter/
utrũ opari ēt ei reddẽdo debitum
exẽplaris ꝛ honeſte vite: ĩſup ēt do
ctrine ſalutifere ꝯſulẽdo ſibi fideli/
ter ꝛ auxilium exhibendo ꝓut vi/
derit expedire ſue ſaluti. In quocũ
q3 ſtatu fuerit homo dñs vel ꝑlat⁹
vel ſubditus ſi ſic opat̃ ꝛ ꝓximo ſuo
ꝯtribuit vtiq3 diſcrete pꝛocedit ꝛ
cũ ingenti caritatis affectu. Nam
in ſimul ãnexe ſunt diſcretio ꝛ cari/
tas ꝛ in humilitatꝭ humo plãtate q̄
quidẽ egredit̃ ex vera cognitõe ſui.

Similitudo quomõ caritas hu/
militas atq3 diſcretio ſunt inſimul
vnite cui ſimilitudini debet ani/
ma confoꝛmari. Capi. x.

Nunquid audiſti ſiue noſti q̄/
modo tres iſte ꝟtutes cõmo/
rant̃: velut hẽres rotũdũ vnũ cir/
culũ i terra collocatũ ꝛ i medio cir/
culi arboꝛ vna ꝓgrederet̃ cu3 vno
filio penes illam. Tũc arbor ĩ terra
nutrit̃ q̄ latitudinem continet cir/
cularem: quia ſi eſſet extra terrã ar
boꝛ illico moꝛeretur ꝛ nullũ oĩo fru
ctum ex ſe ꝓduceret donec iterato
plãtaret̃ i terra. Simili mõ cogita
ꝙ aïa eſt quedam arboꝛ ex amoꝛe
plãtata ſiue creata quare ſolum ex
amore viuere ſiue nutriri poteſt ꝛ
non aliter. Si vero non habet in ſe

diuinũ amorem vere caritatis: vi/
te fructũ nullo mõ ꝓducit ſed mor
tis:oportet ergo ꝙ radix huius ar
boris vꝫ affect⁹ aĩe moꝛiatur ⁊ egre
diat̃ de circulo vere cognitõis ꝓpe
fragilitatis q̃ cognitio ſui vnita cõ
ſiſtit in me non habente principiũ
neqꝫ finẽ vt in circulo rotũdo pa/
tet exẽplũ:in quo neqꝫ principium
neqꝫ finis inuenit̃.huiuſmodi noti
ciam ſui atqꝫ mei recipit in ſe funda
tam in terra dulcis humilitatis q̃
tanta eſt quãta circuli latitudo vel
amplitudo.i.noticia ſui:recepta ⁊ i
me vnita ſicut iam dixi.Nã aliter il
le circulus procul dubio nõ eſſet abſ/
qꝫ p̃ncipio ⁊ abſqꝫ fine.Immo prin
cipium haberet dũ ſe tm̃ incepiſſet
agnoſcere:deniqꝫ finiret̃ in ↄfuſio/
ne ſi noticia talis in me nõ eſſet vni
ta.Tunc arbor iſta caritatis in hu
militate nutritur iuxta ſe pullulãs
vere diſcretionis filiũ vt ex p̃dictis
apte colligit̃. Arboris vero medul/
la vꝫ affectus vere caritatis exiſten
tis in aĩa eſt inuicta patiã:q̃ ſignũ ẽ
euidens hac aptiſſime demonſtrãs
aĩam in me ↄſiſtere piter ⁊ in ea me
p gratiã eſſe. nec arbor a mẽiter ita
plantata flores virtutũ odoriferos
varijs multiſqꝫ ſaporibus in ſe ger
minat ⁊ ꝓducit gratie fructus aĩe
reddens:primo vero fructus vtili
tatis iuxta metã fructuoſe ſolicitu/
dinis volentiũ pcipe fructus amico/
rũ atqꝫ ſeruoꝝ meoꝝ. Mihi vero
iugiter odorẽ glorie tribuit ⁊ nomi
ni meo laudẽ.Et ita facit illud ad qd
eũ ex ineffabili caritate mea creaui
vnde puenit ad felicẽ terminũ ſuũ

ſ.ad me qui ſum vita durabilis qui
ſibi non poſſum quoquo mõ auffer/
ri niſi voluerit ipſe. Omnes ḡ fru/
ctus ab hac arbore ꝓcedẽtes adin
uicẽ vniti ſunt atqꝫ prudenti diſcre
tione conditi.

Quomodo penitẽtia ⁊ alia exer
citia corporalia p inſtrumento dñt
aſſumi puenicndi ad virtutes ⁊ nõ
ꝓ principali affectu:⁊ de lumine di
ſcretionis in diuerſis alijs modis ⁊
operationibus. Capi.xi.

Tenui ſunt illi fructus quos ab
anima requiro vꝫ experientiã
realiũ virtutũ oportuno tpe. Ideo
ſi bene recordaris iam diu dixi tibi
qñ deſiderabas amoꝛ mei facer̃ ma
gnã pniam. Ego ſũ ille qui delector
in paucis verbis ⁊ multis opatõni
bus:apte tibi demonſtrãs ꝙ ille mo
dicũ ẽ mihi gratus ⁊ acceptus qui
tm̃modo me ſonitu verboꝝ vocaue
rit dicens.dñe dñe p te vellem ali/
quid agere.Similiter ⁊ ille qui pro
me corpus mortificare diſponit cũ
varijs penitentijs volũtate ꝓpria
viua remanẽte. Sed ego multa cu/
piebã opa p̃cipue ſuſtinendo viril
ter cũ virtuoſa patiẽtia cũ alijs vir
tutibus intrinſecis aĩe de quibus
tibi dixi q̃ ſunt opantes in aĩa fru
ctus grẽ. Alias aũt opatiões q̃ ſũt
in alio principio fundate quoddaꝫ
vocare ſolũmodo verbo reputo qꝛ
ſunt opa finita. Ego vero qui ſum
infinitus a vobis infinitas opatio/
nes exigo: vꝫ cũ infinito deſiderio
⁊ amoris affectu factas. ergo volo

ꝙ opera penitentie aliorumqȝ cor/
poralium exercitiorum aſſumātur
veluti inſtrumēta perueniendi ad
virtutes ⁊ nō pro affectu principa/
li. Quia ſi affectus poneret ibi prin
cipalis exhiberetur mihi finitum
opus ⁊ eſſet velud verbuȝ quod ex
quo ꝓceſſit a bore nihil apparet vl/
terius. Niſi forte verbum cum ani
me progreditur affectu qui virtu/
tes in inueritate concipit ⁊ parit:
hoc eſt quod ſi finitum opus quod
verbum vocaui foret vnitum ⁊ ad
iunctum affectui caritatꝭ valde mi
hi gratum eſſet tunc ⁊ acceptabile
qm̄ operatio ſola non eſſet: imo lau
dabiliter aſſotiata cum vera diſcre
tione ſumendo corporales operatio
nes veluti inſtrumentū ⁊ non ꝓ pn̄
cipali fundamento. Multum eſſet i
conueniens ꝙ principium ſiue fun
damentum in exteriori penitentia
vel alio exercitio corporali ponere/
tur. Jam. n. tibi dixi ꝙ erant opera
finita ⁊ proculdubio finita ſunt ꝑ
eo ꝙ facta ſunt tempore finito. Ac
etiam qꝛ compellitur homo multo/
ciens illa dimittere vel ex obedien
tia: vel ex infirmitate: vel alia ſup/
ueniente cauſa: precipue ſi ſui prela
ti obedientia cōtradiceret: ſi vellet
huiuſmodi penitentiam ſuam exe/
qui non ſolum illam nō acceptareȝ
imo grauiter offenderet. Jtaqȝ vi/
des ꝙ operationes huiuſmodi fini/
te ſunt illas ergo dȝ aſſumere tanqȝ
exercitium ⁊ nō pro principali fun
damento. Quia ſi nō faceret ita qm̄
compelleretur eas obmittere vt di/
ctum eſt anima eius vacua remane
ret. Et hoc oſtēdit aperte glorioſus
preco meus apoſtolꝰ in epiſtola ſua
dicēs ꝙ mortificaretꝭ corpus vȝ mē
bra veſtra que ſunt ſuper terraȝ: vo
luntas vero propria dȝ occidi. i. re/
frenando corpus dum vellet cōtra
ſpiritum pugnare per immunditi/
am: libidinem atqȝ concupiſcentiā
inordinataȝ ⁊c. Volūtas vero ꝓpa
ſicut iam dixi dȝ occidi ſuffocata ⁊
ſubdita voluntati mee per omnia.
Que quidē propria voluntas occi/
ditur eo debito de quo tibi dixi qꝺ
virtus diſcretiō s anime reddebat
vȝ odium atqȝ diſplicentiam offen/
ſarum ⁊ proprie ſenſualitatis quod
odium acquiſiuit in ſui noticia. Hic
eſt ille gladius acutiſſimus qui pre
cidit ⁊ occidit omnem amorem pro
prium vȝ in propria voluntate fun
datum. Hy ſunt illi qui non ſolum
modo verba ſed opera multa mihi
quottidie reddunt: in quibus vtiqȝ
delector. Sed ideo tibi dixi ꝙ vole/
bam habere a vobis multas opera
tiones ⁊ pauca verba. dicendo mul
tas ibi non ānotaui numerum qm̄
affectus anime caritatis igne ſuccē
ſe que virtutibus omnibus vitam
exhibet in infinitum attingere de/
bet. Non tamen abſolute verba re/
nuo ſiue contempno: ſed dixi pauca
verba velle denotans omnem ope/
rationem actualem eſſe finitam: iō
dixi pauca. Jlla tamē accepto ſi po
nantur pro virtutꝭ adiumento ſiue
inſtrumento ⁊ non ꝓ principali fun
damento: vnde cauendum eſt iudi
care queqȝ in maiori pfectione con
ſiſtere licet amplius in maiori peni

tentia. corpus affligat illo qui mino
rem penitentiam agat. Nam vt laꝫ
diri virtus vel meritum ipſorum ī
hoc actu minime conſiſtit q: male
ſuccederet eis qui nequeunt ex cau
ſa legitima facere penitentiā actua
lem ſed ſolummodo in caritatiſ vir
tute conſiſtunt condita lumine ver
diſcretionis naꝫ aliter non valeret.
Hunc autem amoreꝫ iſta diſcretio
mihi ſine modo ⁊ abſq; ſine contri/
buit q: ſūma ſum ⁊ eterna bonitas.
Ideo legem ſiue terminum amori
meo non vult imponere: ſed amori
proximi bene modum imponit ex
ordinata caritate vꝫ nullo modo ſi/
bi faciendo detrimentum culpe ꝓ/
pter aliquam vtilitatem ipſi proxi/
mo conferendam. Quia ſi ſolū vnū
peccatuꝫ ex conſenſu cōmitteret vt
mundum vniuerſum erueret ab in
ferno aut aliqua virtus q̄ꝫtumcūq;
maxima naſceretur inde nullo mo/
do licet virtutem aliquam vel vti/
litatem proximo facere cum vene/
no peccati. Diſcretio vero ſancta ta
liter ordinat q̄ anima potētias eiꝰ
vniuerſas cum omni ſancta ſolicitu
dine dirigit atq; diſpōit vt mihi vi
riliter ⁊ fideliſſime ſeruiatur. proxi
mum quoq; diligit affectu dilectio
nis ordinate ponendo vꝫ vitaꝫ cor
poris in ſalutem animarum etiam
ſi poſſibile foret mille tolerādo q̄/
cunq; tormenta vt anima proximi
vitam gratie reperire valeat Sub/
ſtantiam vero temporalem expo/
nit in vtilitatem atq; ſubuentionē
corporis ipſius ꝓximi ſui. hoc agit
virtus huiuſmodi diſcretionis in

lumine ſuo qđ a vera caritate ꝓgre
dit. Itaq; vides q̄ oīs aīa que vult
inuenire gratiā diſcrete vꝫ īpendere
mihi dilectionē īfinitā ⁊ abſq; mō.
Proximū vero tñ īfinita dilectiōe
mea diligere cū mō ⁊ ordinata cari
tate nō īferendo ſibimetipſi peccati
culpā ꝑꝑ aliq; vtilitatē ꝓximi. Su/
per quo beatus paulus vos admo/
nuit dicēs. Oīs ordinata, caritas ī
cipit a ſe. Nā aliter alicui nō eſſet ⁊
nō fieret rutilitas aliqua perfecta.
Qm̄ aīa ꝑfectiōe carens oīa q̄cūq;
facit īpfecta ſunt in ſe ꝑiter ⁊ ī aliꝭs
Multū eſſet īconueniēs vt ꝓ ſalute
creaturaꝝ q̄ ſunt finite ⁊ a me crea
te: offenderer ego qui ſūmum ſum
⁊ eternum ⁊ infinitum bonuꝫ. Ma
ior. n. eſſet atq; deteſtabilior iſta cul
pa q̄ꝫ eſſe poſſet īcomparabiliter ali
quis fructus inde prouenienſ. Ita
q; nunq̄ꝫ vllo modo debes acquie/
ſcere ſiue conſentire culpe cuiuſcū/
q; peccati. Sincera caritas hoc ap/
te cognoſcit eo q: ſecum hꝫ lumē na
ture diſcretionis. Ipſa lumē eſt qđ
illico diſſoluit omnes tenebras ⁊ au
fert oēm ignorantiā ⁊ oībus virtu/
tibus atq; īſtrumento virtuali im/
pendit vtile ꝯdimētū. Ipſa prudēs
eſt ita q̄ ab aliquo decipi non pōt:
ita fortis q̄ ab aliquo vinci nō va/
let. Ipſa ꝑſeuerantiā hꝫ ingentē vꝫ
vſq; ad finē hoc ē a celo vſq; ad ari/
dam in eo q̄ a noticia mei deſcēdit
ad ſui noticiā: ⁊ a caritate mei vſq;
ad caritatē ꝓximi. Cuꝫ humilitate
prudenti ⁊ vera ꝑtranſit ⁊ euadit
oēs demonum ⁊ aliaꝝ creaturaruꝫ
īſqueos. Cum inhermi manu vꝫ.

aduerſa patientiſſime tollerando:
carnem ⁊ aduerſariuꝫ victorioſe de
bellauit iſto glorioſe lumine mediā
te. Quia nouit aperte fragilitatem
propriam: qua cognita ſibi debituꝫ
odiū ſancti feruenter intulit. Mun/
dum vniuerſum vilipendendo ſup
peditauit ⁊ ipſum contemnendo fa
ctus ē dominus eius. Omnes mū/
di peruerſi perſecutores nō valent
ei virtuteꝫ anime tollere ſed omnes
eorum perſecutiones experientiam
virtutum operantur: ⁊ ipſarum au
gumentum que prius ex affectu di/
lectionis mee concepte fuerunt: po/
ſtea vero probantur in proximo ⁊ i
ipſo parturiuntur vt iam tibi dixi.
Nā ſi virtus illa nō appareret opoꝛ
tuno tempoꝛe neqꝫ lumen īpēderet
ante creaturas: ꝓculdubio virtus
ī veritate ꝯcepta nō videt̄. Nā oſtē
di tibi iam ꝙ virtus eſſe pfecta non
pōt atqꝫ fructuoſa niſi mediāte pꝛo
ximo. Sicut ē de mulier̄ que ꝯcepit
ī vtero filiū. Nā anteqȝ illū piat at/
qꝫ pueniat ad lucē an̄ creaturaruꝫ
oculos non exiſtimat ſponſus hēc ſe
filiū. Similiter ego qui vere ſpōſus
ſum aīe: qꝛ niſi piat virtuꝫ filiū ī ꝓ
ximi caritate demonſtrādo patēter
vt expedire cognouerit opere ſub/
ueniendo ſibi particulariter vel in
cōi ſm exigentiam illius tpis non
indico virtutem verā in ſe ꝯcepiſſe.
De vitio quoqꝫ ſimiliter accidit qꝛ
mediante proximo perpetratur.

Repetitio quorundam ⁊ quomo/
do deus promittit aſſertiue ſeruis
eius eccleſie reformationē. Cap. xij.

Nunc autem videre potuiſt
prout ego ſūma bonitas oñ/
di tibi veritatem atqꝫ doctrinam p
quam venire potes ad ſtatum excel
lentiſſime perfectiōis ⁊ in ipſa te cō
ſerues. Similiter aperte declaraui
qualiter penis atqꝫ culpis in te pa
riter ⁊ in proximo ſatiſfieri debeat ī
vita preſenti. Referando tibi qꝛ pe/
na ſola nullo modo ſufficit ad ſatiſ/
faciendum culpe ſimul ⁊ pene niſi
ſit vnita cuꝫ affectu ſincere caritatꝭ
⁊ cum vera contritione cordis at/
qꝫ diſplicentia peccatorum. Cū ve/
ro pena caritati connectitur ⁊ vni/
tur iſto modo ſatiſfacit nō virtute cu
iuſcūqꝫ pene que ſuſtineatur actua
liter imo virtute caritatis atqꝫ con
tritionis culpe cōmiſſe quam carita
tem acquiſiuit anima cum intelle/
ctuali lumie corde ſincero ⁊ libera/
li attendens in me ſuum obiectum
qui ſum ipſa caritas. hoc vero tibi
demonſtrare volui quia velle pati
pro me penas humiliter ⁊ inſtanter
a me poſtulaſti vt tu ⁊ alij ſerui mei
noueritis qualiter ⁊ quomodo ſacri
fitium de vobis mihi facere debetꝭ.
Dico ſacrifitium actuale pariter ⁊
mentale ſimul vnitum prout vnitū
eſt vas cum aqua quod alicui domi
no preſentatur. Nam aqua ſine va/
ſe preſentari non poſſet. vas quoqꝫ
vacuum domino preſentatum non
eēt acceptū. Ita dico vobis qꝛ mihi
debetꝭ offerre vas iſtud vꝫ labores
plurimos actuales ⁊ alia coꝛpora/
lia exercitia ſancta quocūqꝫ mō mi
hi ꝯcedere placuerit vobis. Nec eli
ger̄ debetis vr̄a volūtate tp̄s neqꝫ

locum ſiue labores vt vobis gratū
eſt ſed vt mihi ꝯcedere placet. Sed
iſtud vas omnino dꝫ eſſe plenuꝫ vꝫ
omnia tollerando cum amoris affe
ctu atqꝫ patientia vera defectus ve
ſtri proximi cū odio tamen ⁊ diſpli/
centia peccatorum. Tunc iſti labo/
res quos tibi nomine vaſis appella
ui reperiūtur aqua gratie mee ple/
ni que cōfert anime vitaꝫ. Ego ve
ro tunc accepto valde gratāter hoc
exenium a dilectiſſimis ſponſis me
is vꝫ a qualibet anima que fidelis/
ſime mihi ſeruit. Ab eis inqꝫ acce/
pto anxia dſideria ⁊ ignita ſuſpiria
ipſorum cum continuis ⁊ humilibꝰ
orationibus que ſunt veluti mediū
vnuꝫ acceptabile mihi. Quia ex ip
ſoruꝫ amore placat̄ iracundia mea
quam contra ſe prouocauerant ho/
mines iniqui ⁊ impij qui me tantū
iugiter offendūt. Itaqꝫ tollerate vi
riliter vſqꝫ ad mortem ⁊ hoc erit ap
tiſſime ſignum ꝙ me diligitis. Ne/
qꝫ formidare debetis ſiue retrocede
re cuiuſcunqꝫ tribulationis vel ali/
cuius creature timore ſed in tribu
lationibus exultate. Mundus iſte
letatur in iniurijs meis: vos autem
in ipſo triſtamini propter iniurias
quas mihi fieri conſpicitis vnde eti/
am vos offendunt. Et dum vos of/
fendunt me quoqꝫ ſimiliter offen/
dunt qꝛ vobiſcum vnū caritate pa
terna ſum factus. Aperte nanqꝫ co/
gnoſcere potes qꝛ cum ad ymaginē
atqꝫ ſimilitudinem meam vos gra
tioſe creaſſeꝫ: ⁊ occaſione peccati ve
ſtri ꝑuati gratia fuiſſetis ego perop
tans vos iam amiſſam gratiam ſa/

lubriter inuenire diuinam naturā
meam in vobis vnire decreui velās
illam humanitate veſtra. Itaqꝫ cū
ſit ymagine mea realiter inſigniti:
veſtram humanitatē diuine natu/
re mee copulare volui: vnde ſum vo
bis paterna caritate coniunctus ⁊
vnitus niſi forſitan anima diſceſſe/
rit a me per mortale peccatum. Sꝫ
qui me diligit in me manet ⁊ ego ī
illo. Et ideo mundus eum ita perſe
quitur eo ꝙ ipſe mūdus nullam ha
bet conformitatem mecum. Et id/
circo perſecutus eſt vnigenitum fi/
lium meum vſqꝫ ad mortem crucis
ita crudeliſſimam ⁊ obprobrioſam
⁊ ita perſequitur etiam vos atqꝫ ſi/
mili modo ꝑſequetur vſqꝫ ad mor/
tem qꝛ me non amat. Nam ſi mun/
dus ipſe me dilexiſſet ⁊ vos vtiqꝫ
diligerꝫ. Sꝫ exultate qꝛ gaudiū ve
ſtrum in celo pleniſſimum erit In
ſuper addam ad conſolationem tu/
am qꝛ quanto nunc habundant in
corpore miſtico eccleſie mee tribu/
lationes ⁊ anguſtie tanto plus ha/
bundabit in ea ſalubris ⁊ conſolati
ua dulcedo. Et erit iſta ſua dulce/
do qꝛ reformabiẗ in bonis atqꝫ ſan/
ctis paſtoribus qui ſunt veluti flo/
res odoriferi ⁊ glorioſi qꝛ laudem ⁊
gloriam nomini meo iugiter exhi/
bent ⁊ procurant: exalantes ⁊ ado
lentes in conſpectu meo virtutum
odorem fundatarūꝫ in veritate. Et
hec eſt optabilis ⁊ odorifera refor/
matio miniſtrorum atqꝫ paſtorum
eccleſie mee: Non ꝙ fructus huius
eccleſie mee reformari ſimpliciter
egeat qꝛ non obfuſcatur neqꝫ mi/

nuitur vnq̄ ex cuiuſcunq; defectu
miniſtri. Itaq; letare tu ſimul ⁊ pa
ter anime tue ceteriq; ſerui mei cō
ſiſtentes in amaritudine preſenti.
Quā ego veritas eterna promitto
vobis refrigerium exhibere. Atq;
poſt amaritudinem iſtam vos in
veritate conſolabor ex quo pro tali
reformatione multa ſuſtinueritis.

Quomodo h̄ anima ſimul creuit
atq; defecit in amaritudine pro re
ſponſiōe diuina. Et quomodo facit
orationem pro eccleſia ſancta ⁊ vni
uerſo populo. Capi. xiij.

T Unc anima ſuccenſa ⁊ anxia
deſiderio ignito ingenti dile/
ctione concepta in maxima bonita
te dei ſue latitudinez affectuoſe ca/
ritatis aperte cognoſcens que cum
tanta dulcedine petitiōi ſue ſatiſfa/
cere dignata erat etiam prebendo
ſibi ſpem de ſalubri remedio ſuper
amaritudine quam habebat in cor
de propter offenſas deo factas: atq;
detrimentum eccleſie ſancte necnō
⁊ miſeriam propriam quam ex ve/
ra noticia ſui pcepit ſui cordis mit/
tigabat aliquantulum amaritudi/
nem licet aliunde creſceret amari/
tudo. Nam ab eterno patre ſibi p/
fectionis itinere demōſtratio nouiē
offenſam propriaz apertius vna cū
animaruz detrimento patefaciebat
ei prout infra clarius intelligi po/
terit. Et etiam q2 melius anima co
gnoſcit in ſe bonitatez dei prius ha
bita noticia ſue proprie fragilitatis
Et in lucidiſſimo dei ſpeculo perfe
cte dignitas ⁊ indignitas propria
cognoſcitur dignitatem vz attendē
do ꝙ ad ymaginem dei ſolū ex gra
tia ſingulari ⁊ non ex debito creata
ſit In quo diuino ſpeculo cognoſcit
etiam in dignitatem propriam in
qua ex culpa ſua deuenit. Q2 ſicut
materiale ſpeculum attendēdo ma
cula que fuerit in facie deprehendi
tur: ſic anima que cuz vera noticia
ſui conſurgit ingenti deſiderio cuz
oculo ſui cordis ⁊ intellectus ad cō
ſiderandam faciem propriam idul
ci ſpeculo dei ibi propter eius clariſ
ſimam puritatem aperte cognoſcit
indilate maculas faciei ſue. Et ſic
q2 lumen erat augumentatuz ī hac
anima modo predicto: quedam ex
creuerat in ea dulcis amaritudo li/
cet aliunde fuerit iminuta. Nam ī
minuta fuerat in eo q̄d ſūma veri/
tas exhibuerat ei ſpem ita gratam.
Et vt ignis excreſcit quanto plus
ei materia datur: ita creuit ignis ī
hac anima intm̄ ⁊ taliter ꝙ impoſſi
bile fuiſſet humāo corpori poſſe tol
lerare ne mors inde ſecuta fuiſſet. vn
de niſi q2 fuit illico circūdata no/
ua fortitudine ab eo qui eſt omniū
vera fortitudo nunq̄ erat euaden/
di poſſibilitas. Poſtq̄ ergo fuerat
h̄ anima purificata diuine caritatis
igne quam inuenit in ſui noticia ⁊
diuine bonitatis in ſe cum vna ſalu/
berrima fame atq; ſpe viua ſalutis
totius orbis ⁊ eccleſie ſancte refor/
matione: poſtq̄ adeo fuerat docta
de lepra vitiorum in eccleſia regnā
tium: atq; de mundi miſeria cū ſan
cta ⁊ humili fiducia coram diuina

maieſtate ſtabat ⁊ quaſi cum moi/
ſe dicebat. Domine mi dulciſſime mi
ſericordes oculos tuos ad populuȝ
iſtum gratioſe conuerte pariter ⁊ ad
corpus eccleſie tue miſticum: qꝛ glo
ria maior nomini tuo ſancto ſubſe/
quetur parcendo tante multitudi/
ni creaturarum tuarum eis īfundē
do lumen in animarum ſalutem q̄
laudarent omnes ineffabilem boni
tatem tuam: ſe conſiderantes a tene/
bris mortalium peccatoꝝ ⁊ ab eter
na damnatione ſoluȝ ex paterna ca
ritate tua gratioſe liberatos q̄ȝ ſolū
de me miſerabili que tm̄ offendi ma
ieſtatem tuam: ⁊ vt eſtimo ſum cau
ſa potiſſima omnium malorum que
ꝑpetrātur. Et ideo te deprecor eter
na bonitas vt vindictam de me ſū
mas ⁊ populo tuo pcas. Nunq̄.n. a
deſiderabili preſentia tua diſcedaȝ
vſqȝ quo videro q̄ eis gratioſe mi/
ſerearis. Ego quomodo conſolari poſ
ſem videndo me vita perfrui ſi po/
pulus tuus eſſet in morte? Et vidē/
do tenebras peccatoꝛuȝ in perama
bili ſponſa tua ex meis defectibus ⁊
aliarum creaturarum tuarum vo/
lo igitur ⁊ pro ſingulari gratia pe/
to q̄ illa caritas inextimabilis que
te ad creandum hominem ad yma
ginem ⁊ ſimilitudinem excitauit di
cendo faciamus hominem ad yma
ginem ⁊ ſimilitudinem noſtram Et
hoc egiſti trinitas eterna volens ho
minem tocius trinitatis eſſe parti/
cipem. vnde tribuiſti ei memoriam
vt in ea tua beneficia retineret: ⁊ ī
ipſa tui patris eterni potentiam ꝑ/
ticiparet. Intellectuȝ quoqȝ tribui

ſti ſibi vt videndo cognoſceret boni
tatem tuam ⁊ particeps eſſet vnige
niti tui ſapientie. Inſuper ⁊ volun/
tatem ei dediſti vt amare poſſet il/
lud qd̄ intellectus vidit ⁊ agnouit ī
tua veritate participādo de clemē/
tia ſpiritꝰ ſancti. Quid ſiue quis ob
ſecro fuit in cauſa vt hominem ī tā
ta dignitate locares? Certe ſolus
amor īextimabilis quo creaturam
tuam ī temetipſo reſpexiſti de qua
fuiſti philocaptus. Et ideo ſolum il
lam ex affectuoſa dilectione creaſti
ſibi tribuens eē vt eterno bono tuo
gaudēdo frueretur. Sed aperte co/
gnoſco qꝛ propter peccati culpam
iuſte dignitatem amiſit ī qua loca/
ueras eā ⁊ ex rebellione tibi facta
guerram ⁊ odium contra ſe cū tua
clemētia prouocauit vnde facti ſu/
mus inimici tui. Tu autem eodem
excitatus amore volendo tibi genꝰ
humanum gratioſe reconciliare do
naſti nobis verbum vnigeniti filij
tui qui vere fuit īter nos ⁊ te ſeque/
ſter atqȝ mediator ⁊ iuſticia noſtra
qui puniuit ⁊ in ſe portauitꝰ omnes
iniuſtitias ⁊ iniquitates noſtras ex
obedientia quam tu pater eternus
iniūxiſti ſibi cum humanitatem no
ſtram ipſum aſſumere decreuiſti. O
inextimabilis caritatis abiſſus qd̄
eſt illud cor ita durum qd̄ ī ſua poſ/
ſit integritate conſeruari ⁊ minime
ſcindatur attendēdo tantum ſubli/
mitatem ad tantam profunditatē
atqȝ deiectionem deſcendiſſe quan
ta ⁊ qualis eſt humanitas noſtra.
Nos ymago tua ſumus ⁊ tu yma/
go noſtra propter vnionem quam ē

homine feciſti vellando deitatem eternam cum miſerabili nube ac in fecta maſſa carnis adc. vnde proceſſit hoc. Solum ineſficabilis amor tu/us eſt in cauſa. deus quippe factus eſt homo ꝛ homo factus eſt deus. Per hunc igitur amorem inexti/mabilem humiliter exoro maieſta/tem tuam omnibus viribus anime mee vt miſerabilibus creaturis tu/is gratioſe miſericordiam īpendas.

Quomodo deus conqueritur de populo ſuo chriſtiano ꝛ precipue de ſuis miniſtris: aliquid de venerabi li ſacramento corporis yeſu chriſti tangendo. Et de beneſitio incarna/tionis. Capi. xiiij.

Piiſſimus ergo deus vertēs ad cauſa oculū ſue miſericordie compelli ſe permittens ab humili/bus lachrimis eius ꝛ humano mo/do loquendi: ſancti deſiderij ſui fu/nibus alligari reſpondendo cōque rebatur ꝛ ait dulciſſima filia mea la/chrime tue me compellunt ex eo ꝙ excellētiſſime caritati mee ſunt vni te ꝛ amore mei ſunt effuſe: necnon ꝛ anxia deſideria tua me ligant. Sed aſpice per amabilem ſponſam me/am in facie coinquinātam ꝛ immū/dam veluti leproſam ex amore pro prio: atq̄ tumefactam ex auaritia pariter ꝛ ſuperbia illorū quos vbe ra ſua lactant qui ſunt vniuerſale corpus chriſtiane religionis. Ac eti am corpus eccleſie mee miſticum: p cipue loquor de miniſtris ipſius ec/cleſie qui ſuggentes eius vbera ſuo dulciſſimo lacte nutriuntur. Nec ip ſi ſolummodo paſcuntur ꝛ aluntur ab ea: verum ad huiuſmodi ma mil las eius: tenere debent ꝛ ex his ale/re corpus vniuerſale chriſtiane re/ligionis ac etiam infideles qui tene bris infidelitatis in veritate dere/lictis vellent vbi vtile membrum ligare ſe corpori miſtico eccleſie ſau ete. Conſidera cum quanta ingrati tudine tenebroſa ꝛ ignorantia dam nabili manibus immundis lac hu/iuſmodi dulciſſimum ipſius electe ſponſe mee pariter ꝛ vnigeniti mei ſanguis miniſtratur ab eis: ꝛ cum quanta preſumptione ꝛ irreueren/tia recipitur ab alijs. vnde illud qđ in ſe veraciter eſt vita ꝛ vitam di/gne ſumentibꝰ exhibet: ipſis q̄ mini ſtrant indigne ꝛ indigne ſumenti/bus in inditium eſt atq̄ mortem. Precioſus iſte ſanguis filij mei vni geniti: mortē atq̄ tenebroſum mē datium abſtulit ꝛ confudit donan do lucem ꝛ veritatem. Omnia cir/ca ſalutem ꝛ perfectionem hominis neceſſaria p̄tioſus iſte ſanguis ope/ratus eſt dummodo indiſpoſitio recipientis non impediat. Quia ſi/cut vitam exhibet ꝛ animam om/ni gratia docat ꝛ ornat modicum vel habundanter iuxta diſpoſitio/nem ꝛ affectū illius qui recipit ita mortem infert illi qui viuit iniq̄. Nō ex defectu ſanguinis nec ex de/fectu miniſtri ſi forſitan eſſet in eo/dem peccato ſiue maiori ſed ex de/fectu ꝓprio. Quia nullus miniſter

defectus contaminare poteſt nec inquinare ſiue minuere gratiaꝫ ⁊ virtutem ipſius pretioſi ſanguinis. Jō nullo modo nocet illi cui tribuitur ſed ſibimet miniſtranti valde nocet vꝫ detrimento culpe poſtquā amariſſima pena ſequitur niſi culpaꝫ ipſam vera contritiōe cordis atq; diſplicētia ſui peccati delere ſtudeat. Hoc ergo venerabile ſacramentū valde nocet illi ſicut diri qui recipit indigne non ex defectu ſanguinis vel miniſtri ſed ex defectu ſue male diſpoſitiōis qꝛ cum magna miſeria mentis ⁊ corporis ⁊ immunditia atq; crudelitate contra ſe pariter ⁊ proximum ita proceſſit. Sibi crudelis extitit cum abſtulit a ſe gratiam ſub pedibus affectus hui⁹ pretioſi ſanguinis conculcando fructum quem a ſacro baptiſmo traxerat qꝛ tūc ablata fuerat virtute ſanguinis hui⁹ originalis peccati macula quam incurrit cum a ſuis parentibus eſt conceptus. Et ideo verbum vnigeniti filij mei donaui vobis qꝛ tota maſſa generationis humane corrupta fuit in trāſgreſſiōe primi parentis veſtri ade. Et ideo vos omnes veluti vaſa formata de tali corrupta maſſa corrupti fuiſtis ⁊ ad vitam eternam inhabiles ⁊ inepti. vnde propter hoc altitudineꝫ ſuppremam iungi ⁊ vniri volui cū veſtre vilitatis humanitate: vt remedium adhiberem humane generationis mortifere corruptōni ⁊ ita recuperaret gratiam quam ex culpa ſui peccati perdiderat. Cum ergo in me pena cadere non poſſit ⁊ de culpa diuina mea iuſticia penā omnino requireret: neq; pur⁹ homo per ſe ſatiſfacere quoquo modo ſufficiens vel idoneus erat eo ꝙ illa culpa perpetrata fuerat in me qui ſum infinita bonitas: ⁊ homo debilis pauper ⁊ imbecillis: exſoluere ꝑ ſe nequibat vt iam diri paterna caritate coactus: verbuꝫ mihi coeternum veſtitum eiuſdem veſtre nature veſtimento miſi vobis vt in ipſa maſſa corrupta. primi parentis veſtri qui peccauerat exſolueret illa pena quam exigebat iuſticia diuina. Et ita tollerando ſupra dorſum ei⁹ penas acutiſſimas vſq; ad mortem crucis opprobrioſam ſatiſfactū extitit iuſticie diuine pariter ⁊ affectuoſe caritati paterne que cum ineſtimabili miſericordia ſatiſfacere voluit pro culpa cōmiſſa hominem gratioſe diſponendo ad felicitatem illam eternam ad quaꝫ ego creaueram eum. Itaq; humana veſtra natura diuine nature cōiuncta ⁊ vnita ſufficientiſſime ſatiſfecit pro toto mundo ⁊ vniuerſa humana generatione. Non tamen ex pena tollerata ſoluꝫ in veſtra natura finita ⁊ incorrupta maſſa ſupradicta ſed virtute deitatis eterne que fuit ⁊ ē infinite potentie. Hac ergo vnione contracta vtriuſq; nature ſacrificiuꝫ ſanguinis vnigeniti filij mei gratanter acceptaui coniuncti ⁊ vniti eterne deitati ⁊ igne diuine caritatis exuſti que vere fuit vinculum illud quod in cruce detinuit eum ī cruce ſuſpēſum ⁊ affixum. Per hūc ergo modum ⁊ non aliter humana

natura veſtra ſatiſfacere potuit hu
iuſmodi culpe vꝫ virtute diuine na
ture. Et ita ſanies abluta ⁊ ablata
fuit illius tranſgreſſionis atqꝫ cul/
pe prima veſtri parentis ade rema
nente ſolummodo ſigno ſiue ſomi/
te vꝫ inclinatione naturali ad pec/
candum cum alijs defectibus qui
ſuſtinentur in corpore veluti cica/
trix que remanet ex vulneribus ho
mini liberato. Jta culpa trangreſ/
ſionis ade que letalem ſordem atqꝫ
miſeriam ⁊ inclinationem humano
generi produxit in vobis eſt opera
ta ſed magno ſuperueniente medi/
co vꝫ vnigẽito filio meo perfecte cu
ratus eſt egrotus amaram abſorbẽ
do medicinam quam homo per ſe
bibere ñon poterat qꝛ nimis erat ĩ
becillis effectus atqꝫ debilitatus ⁊
infirmus directe fecit vti ſolet age
re nutrix quãdo paruulus infirma
tur que pro ipſo medicinam abſor/
bet amarã pro eo ꝙ ẽ fortis ⁊ adul/
ta: puer vero nec ſumere neqꝫ tolle/
rare poſſet amaritudinēꝫ huiuſmo
di medicine. vnde tulit ipſe tanqꝫ
baiula ſiue nutrix: operante fortitu
dine atqꝫ magnitudĩe deitatis: na/
ture veſtre medicinam amariſſimã
crucis ⁊ penoſe mortis vt vos velu
ti puerulos imbecilles ⁊ ex culpa d
bilitatos ⁊ infirmos ſanaret ⁊ habe
retis vitam ⁊ integram incolumita
tem. Remãſit ergo ſolũmodo ſignũ
originalis peccati qđ ꝑentibus ve
ſtris in conceptu ꝯtraxiſtis. Quod
vtiqꝫ ſignum etiam ab anima tolli/
tur quãuis non ex toto vꝫ in ſacro
baptiſmo qui virtuteꝫ habet: ⁊ gra

tie vitam exhibet in efficatia glorio
ſi atqꝫ p̄tioſi ſanguinis huius. Qñ
n. anima recipit ab eccleſia ſancta
baptiſmum: aufertur ab ea pecca/
tuꝫ originale infunditurqꝫ ſibi gra
tia: ⁊ fomes peccati vꝫ iclinatio ad
peccandum ab originali peccato ꝓ
cedens: atqꝫ remanens veluti cica
trix ex vulnere ſicut iam dixi debi
litatur ita ꝙ ſi anima voluerit po/
teſt optime refrenare. Tunc huiuſ/
modi vas anime diſpoſitum eſt ad
recipiendam ⁊ augumentandaꝫ in
ſe gratiam habundanter ⁊ modicũ
vt ei placet exercere ſiue diſponere
ſemetipſam cum affectuoſo deſide/
rio ſeruiendi mihi pariter ⁊ aman/
di me. Simili quoque mõ ſe diſpo/
nere poteſt ad malum ſicut ad bo/
num non obſtante ꝙ in ſancto ba/
ptiſmo gratie receperit infuſioneꝫ
vnde tempore diſcretionis aduení/
ente ꝓpter arbitrij libertatem qua
dotatꝯ eſt a me gratioſe quilibet po/
teſt operari bonum ſiue malum vt
a ſua mera proceſſerit volũtate. Et
eſt talis tãtaqꝫ libertas iſta qua do
tat⁹ eſt homo ⁊ ita factus eſt fortis
virtute ſanguinis hui⁹ precioſi ꝙ
omnes alie creature queciinqꝫ non
valent cum etiam ad minimaꝫ cul
pam alicuius peccati compellerẽ ni
ſi ſponte conſentire voluerit. Abla/
ta nanqꝫ fuit ab eo ſeruitus atqꝫ li
bertati donatus in ſacratiſſima paſ
ſione dilectiſſimi filij mei vt ꝓpe
ſenſualitati dominaretur. ⁊ eternaꝫ
felicitatem obtineret ad quam cuꝫ
ita gratioſe creaui. O miſer atqꝫ mi
ſerabilis hõ qui dlectaris ĩ peccato

rum ſetenti luto morari tanq̃ ani/
mal immundum ⁊ velud ingratus
agnoſcere negligis vel non vis tan/
ta beneſitia que tibi gratioſe con/
ceſſi. Ultra recipere non poteras o
miſera creatura mea circundata dã
nabili atqꝫ tenebroſa ignorantia.

Quomodo culpa punitur acri/
us poſt yheſu chriſti paſſionem q̃
ante. Et quomodo deus permittit
mundo facere miſericordiam ac eti
am eccleſie ſancte mediante oratio/
ne atqꝫ tollleranti a laborum ſeruo
rum ſuorum. Capi. xv.

VOlo te noſce filia mea ꝙ pro/
pter gratiam hominibus a
me factam nõ ſolummodo pro pri
ma creatione ſed quoniam eos ĩ ſan
guine filij mei recreaui ⁊ reforma/
ui reſtaurando eos ad gratiam ex
peccato iam deo deperditam non
volentes eam a me gratioſe humi/
liter ⁊ recognoſcere ſed iugiter am/
bulando peruerſe de malo in peius
⁊ de culpa in culpam me cum iniu
rijs offendentes ita gratias meas
vilipendẽdo de quibus nõ ſolum
erga me ſunt ĩgrati verum aliquã/
do reputant a me recepiſſe cõtume
liam quemadmodum ſi aliud eis
optarem q̃ ſanctificationem ipſo/
rum. Incomparabiliter punientur
acrius ⁊ maiori pena cruciabuntur
ex quo redempti ſunt glorioſo ſan/
guine filij mei q̃ ante redemptio/
nem. Quia proculdubio valde cõ/
ueniens eſt vt ille qui plus accepit
amplius obligetur ei a quo recepit
homo quippe multum mihi obliga
batur ex eo ꝙ cum nõ eſſet eũ crea/
ui ita nobiliter vꝫ ad ymaginem ⁊
ſimilitudinem meam vnde mihi te
nebatur exhibere laudem ⁊ hono/
rem. Sed eam abſtulit a me quan/
tum in eo fuit ⁊ ſibimet impendere
voluit propter quod obedientiam ĩ
iunctam a me damnabiliter eſt trãſ
greſſus ⁊ inimicus mihi factus eſt.
Ego vero cum humilitate deſtruxi
⁊ vici ſuperbiam eius diuinam vi
humiliando naturam ⁊ illam vni/
ui humanitati veſtre ⁊ a ſeruitutẽ
diabolica liberatas reſtitui eos in
poteſtate libera. Et non ſolũmõ li/
berꝫ hoiem eſſe feci: ſꝫ ſi bñ ꝯſideras
hõ fcũs ẽ deꝰ atqꝫ deus fcũs ẽ hõ ex
vnione diuine nature cũ humana.
Hoc ẽ vtiqꝫ donũ vnum valde ſin
gularit̃ excedẽs alia dona q̃ acce/
perũt hoĩes: theſaurꝫ dico ſanguis ĩ
quo ſunt ad grãm recreati. Itaqꝫ
vide q̃to magis obligant̃ poſt redẽ
ptionem q̃ añ. Obligant̃. n. afferre
mihi gloriã ⁊ honorẽ ſequẽdo veſti
gia ĩcarnati ꝟbi filij mei dilectiſſi/
mi. Et tũc ĩ dilectiõe vera mei atqꝫ
pximi debitũ valde gratum ⁊ acce
ptabile ꝯtribuũt vt ſupius ẽ expſ/
ſuꝫ. Si ꝟo ñ agũt ita q̃ multũ obli
gãt̃: maiori pũitiõe digni ſunt. In/
dubitãter ergo diuina iuſticia mea
pũiet eos eterna dãnatiõe. Quare
maiori pena cruciat̃ vnus xpianus
iniquus q̃ vnus paganus ĩfidelis
⁊ ignis ĩfernalis amplius cum exu
rit ⁊ vt ita dixerim abſqꝫ conſum/
ptione conſumit exigente diuina
iuſticia. Nam exterius ignis affli/

git ⁊ vrit ⁊ interius vermis ꝯſcie ta
beſcere facit eos. Neqꝫ cõſumpti de
ficiunt eo ꝙ illi qui ſunt in tali dã/
natione ꝓpter aliqua tormenta mi
nime perdũt eſſe ita ꝙ omnino def
ficiant. Unde noueris ꝙ ipſi mortẽ
inuenire poptãt: ⁊ illam habere ne
queunt q꞉ deficere nõ poſſunt quã/
tum ad eſſe ſimpliciter licet ex cul/
pa ſua perdiderunt eſſe quãtum ad
gratiam. Itaqꝫ proculdubio culpa
punitur amplius atqꝫ grauius ex
quo redemptio veſtra facta fuit ꝑ
effuſionẽ huius precioſi ſanguinis
filij mei q̄ꝫ ante q꞉ plus valde rece/
perunt. Neqꝫ videtur ꝙ velut inſen
ſati perpendant tantam miſeriam
ſuam q꞉ nimis inſipienter mihi fa/
cti ſunt inimici cum ego gratioſe re
conciliaſſem eos in ſanguine dile/
ctiſſimi filij mei. Unum tamen aſſu
mendum ego te docebo remedium
quo diuine iuſticie placabitur ira.
vꝫ mediantibus amicis meis inquã
tum ipſi me compellant ⁊ inducãt
cum deuotis ⁊ lachrimoſis oratio/
nibus ⁊ eorum ignito deſiderio li/
gare conentur diuine iuſticie ma/
nꝰ. Tu cernis aperte ꝙ iſto ligami
ne me ligaſti nunc quod vtiqꝫ liga
mẽ ipſe tibi tribui quia vere cupio
mundo facere miſericordiam. Et iõ
mentibus amicorum meorum in/
fundo famem ingentem ⁊ ignita de
ſideria circa meum honorem atqꝫ
ſalutem animarum vt inclinatus.
Immo compulſus ab eorum deuo/
tas orationibus temperare ſtudeã
iram iuſticie mee diuine. Aſſumas
ergo lachrimas vna cũ ſudore tuo
ſimiliter ⁊ alij ſerui mei faciãt ⁊ hau
riant eas a mari mee diuine carita/
tis ⁊ cum eis abluite faciem valde
maculatam amabilis ſponſe mee.
Quia tibi promitto ꝙ iſto reme/
dio cooperãte ſibi pulchritudo pri/
ſtina reſtituetur cum pace deſide/
rabili: vꝫ orationibus continuis ⁊
deuotis ſudoribus atqꝫ lachrimis
amicorum meorum effuſis ignito ⁊
anxio deſiderio. Et non in gladio ſi
ne cũ vera nec hoſtili crudelitate ꝓ
cedendo. Et ita deſiderio veſtro ſa/
tiſfaciam: vꝫ aduerſa plurima tol/
lerando ⁊ cum lumine vere patiẽ/
tie tenebras illuminabit iniquorũ
hominum. vos vero nullo modo ti
meatis eorum perſecutiones iniu/
ſtas: ego namqꝫ pugnabo pro vobis
nec vnqꝫ in aliquo deficiet indigen
tijs veſtris mea diuina ꝓuidẽtia.

Qualiter hec anime plus de di/
uina bonitate cognoſcendo nõ erat
contenta ſolummodo pro chriſtia/
no proprio rogare ac eccleſia ſan/
cta ſed orabat etiam humili me ꝓ
vniuerſo mundo.

Capi. xvi.

Tunc anima cum agnitione
maiori conſurgens ⁊ ingenti
gaudio letabunda diuine maieſta
ti aſtabat valde confortata ſuper
diuina ſpe quam aſſumpſerat in di
uina miſericordia tum etiam pro/
pter amorem ineffabilem quem in
telligendo guſtabat attendens ꝙ
ex affectuoſo deſiderio atqꝫ pũa ca
ritate motꝰ deꝰ oio decreuerat hoibꝰ

gratioſe facere miſericordiam non
obſtante ꝙ inimici ſui facti fuiſſent
Et ideo modum ſuis amicis impen
debat ⁊ viaʒ oſtendebat quomodo
poſſunt ei facere ſanctam violenti/
am ⁊ iracundiaʒ iuſticie diuine pla
care. valde letabatur etiaʒ omni ti/
more perdito ex quibuſcunqʒ mun
di perſecutionibus attendēdo dn̄i ū
eſſe ſecum ⁊ pro ſe pugnaturum. vn
de multum augumētabatur ignis
deſiderij ſancti intantum ꝙ animo
quieto minime remanebat: imo cū
ſancta fiducia pro toto mundo mi/
ſericordiam inſtanter ⁊ humiliter a
domino poſtulabat. Et quāuis in ſe
cūda petitione ſua contineretur ſa
lubre bonum ⁊ vtilitas chriſtiano/
rum ⁊ infidelium in reformatione
ſancte matris eccleſie nihilominus
veluti famelica ⁊ ſitibunda dilata/
bat orationem ad vniuerſum orbē
vt ipſemet deꝰ eā expetere faciebat
vnde vehementer exclamando di/
cebat. O deus eterne pijſſime os ocu
los tuos ad ouiculas tuas tāq̄ʒ pa
ſtor vere bonus miſericorditer ape
ri. Obſecro non differas vltra mū/
do facere miſericordiam q2 iam vi/
detur ex toto deficere priuatꝰ vnio
ne tue caritatis ⁊ proximi ſui. Non
n. alterutrum inter ſe diligunt amo
re realiter fundato in te.

Quomodo deus conquerebatur
de populo ſuo ꝓcipue propter amo
rem proprium qui regnat in eis cō
fortans ipſam animam ad oratio/
nem ⁊ lachrimas.

Capi. xvij.

T Unc erga ſalutem animarū
velut ebrius pijſſimus domi
nus ampliorem amorem atqʒ dolo
rem in hac anima ſuccendebat: ap/
te monſtrando cuʒ quanto dilectio
nis affectuꝰ creauerat hominem ꝑ/
ut iam ſupra aliqualiter habetur.
Et iterum ait. vide filia q̄ʒ iniuſtiſſi
me quilibet me percutit offenſioni/
bus iniquis cuʒ ego creauerim eos
cuʒ eſtimabili dilectione ⁊ eos gra
tioſe dotauerim infinitis donis nō
ex aliquo debito ſed ex gratia mea
ſolūmodo paterna ⁊ liberali. Conſi
dera nunc innumera peccata ⁊ vitia
quibus me iugiter offendunt ⁊ pre
cipue cum abhominabili atqʒ de/
teſtabili amore proprio vnde proce
dunt omnia mala. Cum hoc amore
peruerſo totum orbē venenauerūt.
Quia ſicut amor erga me cunctas
virtutes in ſe continet illas per ef/
fectum operis effundendo in proxi
mo vt oſtendi tibi ſic amor propri/
us in ſe continet omnia mala q2 fū
datꝰ eſt in ſuperbia ſicut amor erga
me fundatꝰ in humili caritate. hoc
vero malum creatura mediante ꝑ/
petraturꝰ q2 ſeparati ſunt a vera ꝓ/
ximi caritate: q2 me non dilexerūt
neqʒ proximum diligunt. due nāqʒ
dilectiones iſte cōnexe ſunt adinui
cem ⁊ vnite. Ideo dixi tibi ꝙ omne
bonum ⁊ omne maluʒ proximo me
diante patrabatur. Multifarie val
de cōqueri poſſum de creaturis me
is. Nam a me non habuerunt niſi
bonum ⁊ ipſe mihi retribuunt odi
umꝰ operando multa mala Tū iam
dixi tibi ꝙ propter lachrimas ami/

corum meorum atqʒ deuotas hu/
militer effuſas orationes iracūdia
diuina placaretur ⁊ idem aſſertiue
confirmo. Tu igit̄ ⁊ alij ſerui mei ſi
tis obuiare ſoliciti cum orationib⁹
aſſiduis atqʒ deſiderijs igniferis
amariſſime dolentes de culpis ⁊ of
fenſis contra me factis ⁊ de anima/
rum damnatione vt illi poſſint eua
dere iuditium eterni ſupplicij.

Quomodo nullus man⁹ dei eua
dere poteſt vbi ſumus vel per miſe
ricordiam vel per iuſtitiam.
Capi.xviij.

NOueris igitur indubitanter
ꝙ nemo poteſt euadere ma/
nus meas. Nā ego ſum ille qui ſum
vos vero non eſtis a vobiſipſis niſi
quātum a me recepiſtis eſſe veſtrū
qui ſum creator omnium que ſunt
excepto peccato qđ omnino nihil ē
⁊ ideo nullo modo proceſſit a me:
quare non eſt amari dignū. Ex hoc
igitur excecata creatura mea miſe
rabiliter offendit qꝛ diligit qđ ama
re non dʒ: vʒ peccatum ⁊ me ſūme
bonum odit a quo recepit eſſe ſuū
cum alijs infinitis gratijs in hoc eē
fundatis a me ſibi paterna caritate
gratioſe conceſſis. Si ipſi nequeunt
vllatenus effuger̄ manus meas qꝛ
vel a iuſticia punietur vel a miſeri
cordia ſaluabunt̄. Igit̄ aperi ocu/
lum intellectus ⁊ vide manum me
am ⁊ aperte cognoſces huiuſmodi
rei veritatem. Tunc ex obedientia
ſūmi patris eleuans oculum in ma
nu ſua videbat vniuerſum orbem i
cluſum. Et ait illi dominus. Opti/
me nūc vides qꝛ nemo poteſt a me
quomodolibet auferri ⁊ ſicut iaʒ di
xi vel in manu mea ſunt per iuſtici
am vel per miſericordiam. Amo nā
qʒ creati ſunt vniuerſi ⁊ ea que feci
nō odi ſed affectuoſe diligo. Et ideo
non obſtantibus ipſorum iniquita/
tibus ego diſpono eis miſericordiā
ipendere gratioſaʒ humilibus ami
corum meorum orationibus inter/
cedentibus. Et ita petitionem tuaʒ
effectualiter adimplebo que cum
tanta cordis amaritudine pariter
⁊ amore rogaſti me.

Qualiter h̄ anima đſiderio igni
to ſuccenſa cupiebat a ſe ſudorem
ſanguineum emanare ⁊ ſe redargu
ens orationem pro patre ſuo facie/
bat. Capi.xix.

t Unc anima ꝑ affectuʒ amo
ris ebria: quaſi non eſſet in
ſe igni ſancti ſui deſiderij creſcente
ſtabat veluti beata pariter ⁊ dolo/
roſa. Beata quidem erat ex vnione
perfecta qnam in deo fecerat guſtā
do ſue bonitatis amulitudinem ⁊
quaſi ſuffocabatur in ipſius ineffa/
bili miſericordia. Doloroſa vero cō
ſiderando diuinam bonitatem ita
damnabiliter offendi. Cui gratias
vberes agebat aduertens ei mani/
feſtata fuiſſe peccata delinquentiū
hominum vt affectuoſa caritate cō
pulſa cum maiori ſolicitudine ſan/
ctum deſiderium augumentaretſin
deſeſſe. Percepit igitur in eterna
deitate ſenſum anime ſue mirabili

modo renouari. Et ea tãtū ex cre/
uit ſanctus ⁊ amoroſus ignis ꝙ que
ſudorem abundanter effuſū a cor
pore propter uiolentiam ab anima
ſibi factam que tota ſuccēdebatur
amore diuine ipſa contēpnebat ex
vehemēti deſiderio qđ habebat vt
illi⁹ loco ſudor viui ſanguinis ema
naret Perfectior enim erat vnio
quam tunc anima fecerat in deo ꝙ̄
ſit vnio corporis ⁊ anime. Ideo cor/
pus laborioſe multum affligeba/
tur. Anima non ſemetipſam argue
bat dicens. O anima mea miſella
totam vitam tuam cum tempore ti
bi gratioſe conceſſo multum inuti
liter expendiſti; immo potius per/
didiſti. Et ideo tot ⁊ tanta dāpna
⁊ innumerabilia mala non ſolū in
eccleſia ſancta: verū etiam per vni
uerſum orbem occurrerunt cōmu/
niter ac etiam in particulari. Un/
de volo te cum ſudore ſanguineo in
preſenti remedium adhibere. Uera
citer hic anima bene mandauerat
memorie doctrinam optimam quā
ei veritas eterna: tradiderat vz vt
ſemetipſam agnoſceret atqꝫ diuinā
in ſe bonitatem nec non ⁊ oportuna
remedia pro rẽparatione totius orbis
ad placandam iracundiam iuſtitie
diuine vz cum humilibus continu/
is atqꝫ ſanctis hominibus. Pro/
pter quod hic anima vehementi
compulſa deſiderio valentius inſur
gebat ⁊ apperiens intellectus ocu/
lum attente ſpeculabatur in carita
te diuina: vbi lucide cognoſcebat
ſiqꝫ deguſtabat ꝙ̄tū obligabamur
amore in deſeſſe procurando glori/
am ⁊ laudē diuini nominis in ſalu/
tem animarum. Et ad hoc videbat
⁊ intelligebat vocatos eſſe dei ſer/
uos. E precipue veritas eterna vo/
cabat ⁊ eligebat anime ſue patrē
quē offerebat in conſpectu diuine
maieſtatis ipſam inſtātiſſime depre
cans vt ei lumen gratie ſingularis
infundere dignaretꝰ ad perficiēdā
in omnibus in veritate voluntatē
ipſius eterni veſtris.

Quomodo ſine tribulationibus
cum patientia portatis nemo poteſt
deo placere. Cap. xx.

Piiſſim⁹ ergo deus tercie ſue
petitioni reſpōdendo: vz de
ſiderio ſalutis patiēs anime ſue ait
ei. Filia cariſſima patrē anime tue
volo cum omni ſancta ſolicitudine
ſalutem animarum indefeſſe quē
rere in quo proculdubio mihi val/
de complacebit: hoc autē ipſe ſine
tu vel alius quicūqꝫ perficere non
valeret abſqꝫ perſecutione ⁊ tribu
lationibus ꝙ̄plurimis: vt iam tibi
dixi prout mihi cōcedere placebit
⁊ expedire cognouero. Sicut enim
optatis: honorem videre meum in
eccleſia ſancta ſic in corde veſtro cō
cipere debetis affectum amore mei
tollerandi cum uera pācientia que
cūqꝫ conceſſero. Et in hac experien/
tia videbitur vtrum honorem me/
um in veritate requiratis: ⁊ ipſe
tunc erit amabilis filius meus. Et
vna cū aliis amicis meis ipſe quoqꝫ
requieſcet ſupra pectus vnigeniti fi
lii mei de quo vobis pōtem feci vt

incolumes peruenire: valeatis ad
gloriosum finem atqꝫ terminuꝫ ad
quē vos ego gratioſe creaui: vbi re
cipietis fructum omnium laboruꝫ
quos amore mei cum patientia por
taueritis. Itaqꝫ tollerate viriliter
quia non ſunt condigne paſſiones
huius breuiſſimi temporis ad futu
ram ⁊ eternam gloriam: ad quam
vos introducam.

Quomodo fracta via per quam
ad celuꝫ aſcēdere debeamus ex obe
diētiā ade deus poteſtatem de filio
ſuo ſecit per quē trāſire poſſunt cō
incolumitate fideles. Ca. xxi.

ET q: tibi dixi ꝙ ex vnigenito
filio meo humano generi po/
teſtatē fecerā nolo vos ignorare fi/
lij mei electi ꝙ via per quam aſcen
dere debeatis in celū ex ī obediētiā
⁊ propter tranſgreſſionē ade fracta
fuit ⁊ interrupta per modum ꝙ
nemo tranſire poterat ⁊ ad vitā per
tingere durabilem. Itaqꝫ genus hu
manum mihi gloriam ⁊ honorem
non reprendebat vt obligabatur:
non habendo finem illum ad queꝫ
ipſam gratioſe creaturam ⁊ ita ve
ritas mea minime cōplebatur: hoc
eſt autem veritas mea quoniam ho
minem ad imagiem ⁊ ſimilitudinē
meam ⁊ magna dignitate creauerā
vt ad vitam eternam veniret: ibiqꝫ
participando guſtaret ineffabileꝫ.
dulcedinem atqꝫ bonitatem meam
Peccatum igiť impediebat ne per
tingeret ad iſtum felliciſſimum ter
minum ⁊ ita veritas iſta non impe
diebatur. Huiuſmodi nāqꝫ pecca/
ti culpa celum omnino clauſerat at
qꝫ nunc ianuam. Predicta culpa
ſpinas anguſtiarum tribulationem
atqꝫ moleſtiarum homini germina
uit. Sicut enim homo mihi rebel/
lis extitit in ſemetipſo ſubito rebel/
lioneꝫ inuenit. Caro contra ſpiritū
illico rebellauit ⁊ impugnauit. Et
innocentie ſtatum amittendo effe/
ctus eſt veluti animal immundum
⁊ etiaꝫ alie creature facte ſunt ei re
belles vbi plene fuiſſent eius obe/
diētie ſubdite ſi ſe conſeruaſſet in di
gnitate qua creaueram ⁊ collocaue
ram eum. Sed quia ſe cōſeruare no
luit meam obedientiā offendendo
mortem eternam corporis ⁊ anime
proculdubio meruit Unde poſt hic
illico fluuius quidā inquietus imo
tempeſtate plenus valde periculo/
ſe profluxit qui ſuis vndis iugiter
allidit eum cum varijs afflictioni
bꝰ atqꝫ moleſtijs a ſemetipſo vꝫ ab
aduerſario pariter ⁊ a mondo pro/
cedentibus. Omnes in iſto fluuio
mergebamini quia nullus ex qua
cunqꝫ iuſticia ſua poterat ad eter/
nam vitam aſcendere. Quamobrē
ego pie more paterno cupiens ve/
ſtris multiplicibus obuiare pericu
lis ordiamini poteſtatem omnino
ſaluarem donando vobis vnigeni/
tū filiū meū vt trāſitu flumīs huiꝰ
euadē poſſitis oē piculū. piculoſus
itaqꝫ fluuiꝰ ē iſta mūdi ꝑiculoſa ꝑi/
ter ⁊ tenebroſa vita. Nūquid aduer
tis q̄tū in obligatur amare me ge/
nus humanum ⁊ cum q̄ta proce/
dit ignorantia periculoſa volendo

potius in flumine ſe ſuffocare quam aſ/ſumere salubre remedium quod ei gratioſe conceſſi.

Deus inducit hanc animam ad cō/ſiderandam dicti pontis magnitudi/nem que tenet a terra vſqz ad ce/lum. Capi.xxij.

Dixit etiam huic anime domi/nus. Aperi oculum intellect9 ꝛ videbis excecatos ꝛ ignorantes. videbis inſuper imperfectos atqz perfectos qui me viriliter ꝛ in veri/tate ſecuntur vt de perditione mi/ſerorum ꝛ ignorantium caritatiue condolens: ꝛ de felicitate ſeruorum ꝛ electorum meorum affectuoſe cō/gaudeas. Item aperte videbis qua/liter incedūt euntes in lumine nec non ꝛ euntes in tenebris. Sed ātea volo te conſiderare pontem iſtū de quo dixi. Nam a ſūmo celo vſqz ad aridam extendit ꝛ occupat altitu/dine ſua hoc eſt quī altitudini diui/nitatis terra veſtre humanitatis vni/tur. Et ideo dixi quod a ſūmo pertin/git ad infima: vz ex vnione vtriuſ/qz nature. hoc omnino neceſſarium extitit: volendo reficere dirruptum iter vt ad vitam eternam pertinge/re valeretis amaritudine periculoſa vite preſentis cum incolumitate trā/nadata. Iſte vero pons de terra ſo/lummodo conſtrui non poterat al/titudinis que ſufficeret ad tranſitū huiuſmodi fluminis vt habere poſ/ſetis vitam. Quia vz terra veſtre hu/manitatis ad ſatiſfaciendum offen/ſe contra me perpetrate nullo mo/do ſufficiebat nec abluere poterat illius culpe putredinem que qu'dē vniuerſum genus humanum ꝛ cor/rupit ꝛ infecit vt iaz dixi. Oportu/it ergo naturam veſtram vniri no/ſtre diuine vt ſatiſfacere poſſet pro vniuerſo genere humano: dum hu/mana veſtra natura tollerando pe/nam in dilectiſſimo filio meo mihi pro vobis oblato acceptaretur ī ſuf/ficientiſſimo ſacrificio virtute natu/re diuine ſecum vnite. Et ita mors a vobis auferetur ꝛ vita gratie do/naretur. In hunc ergo modum al/titudo diuinitatis humiliata fuit humo veſtre mortalitatis. Et ex ta/li vnione perfectiſſima conſtructus eſt iſte ſacratiſſimus pons ꝛ via ſa/lutifera reparata. Quare ſe fecit vi/am? Ut per eam tranſeundo veni/retis ad eternum gaudium vna cū angelica natura. Sed vobis mini/me ſufficeret ad obtinendam vitaz licet vnigenitus meus de ſe pontez fecerit niſi per ipſum tranſiretis.

Quomodo ſumus omnes labo/ratores adeo miſſi ad laborandum vineam eccleſie ſancte. Capi.xxiij.

In ſupradicta ſententia veri/tas eterna demonſtrabāt quod nos creauerat abſqz nobis ſed ſal/uare nos abſqz nobis omnino non vult. Opportet ergo quod apponam9 in ſalutis noſtre negotio bonam vo/luntatem cum arbitrio libero tem/pus in veris virtutibus exercēdo. Ideo ſubiunxit illico dicens. O m/nes trāſire debetis per pōtē iſtuz p

quirentes indeſeſſe gloriam ꝛ lau/
dem nomini meo in animarum ſa/
lute cum pena tollerando labores.
ꝗ̄plurimos amore ſincero dulcis ꝛ
amoroſi ꝑbi ſeq̄ndo veſtigia. Uos
eſtꝭ cultores atqꝫ coloni mei q̄s ego
cōduxi vt vineam ſancte matris ec
cleſie laborareꝭ. Uos vtiqꝫ labora/
tis in vniuerſali corpore chriſtiane
religionis a me conducti per grati/
am exhibendo vobis lumen bapti/
ſmi ſalutaris quem habuiſtis in cor
pore miſtico ſancte matris eccleſie
per manus miniſtrorum quos ad
laborandum conduxi ſicut ꝛ vos.
Uos eſtis in vniuerſali corpore.
Ipſi vero ſunt in corpore miſtico
ad paſcendum animas veſtras ele/
cti: miniſtrando vobis in ſacramen
tis vnigeniti mei ſanguinem extir/
pando ſpinas mortalium peccato/
rum atqꝫ plantādo virtutem ꝛ gra
tiam in vinea veſtrarum animarū
alligata vinee ſancte matris eccle/
ſie. Quilibet homo vineam habet ī
ſemetipſo: vꝫ animam ſuam cuius
colonus ꝛ cultor eſt voluntas vna
cum arbitrio libero dū viuit in iſto
breui tempore. Tranſacto vero tē/
pore nullum opus in ea facere po/
teſt neqꝫ bonum neqꝫ malum. dum
autem eſt in tempore poteſt imo de
bet viriliter in vinea ſua laborare
ad quā cum introduxi. Et a me gra
tioſe recepit iſte colonus tam vali/
dam fortitudinem ꝙ omnino nul/
la creatura poteſt auferre ſibi nec
eū violentare niſi ſpōte voluerit ac ī
quieſcere nam i ſancto baptiſmo. fu
it ita fortificatus. Tūc accepit vnū
gladium bicipitem vꝫ amorem vir
tutis ꝛ odium peccati que duo repe
rit in ſanguine. Qm̄ amore veſtre
ſalutꝭ ꝛ odio peccati mortuus ē vni
genitus filius meus effundēdo pre
tioſam ſanguinem habundanter: ī
quo ſanguine vitā habuiſtis in ſan
cto baptiſmo. vnde gladium habe/
tis quo debetis vti manu liberi ar/
bitrij dum eſtis in tempore ad eue
lendas peccatorum ſpinas pungen
tes atqꝫ mortiferas ī anima veſtra
plantando virtutes. Aliter. n. fru/
ctum ſanguinis non haberetis ab
ipſis colonis quos in eccleſia ſancta
collocaui de quibus iam dixi tibi ꝙ
a vinea noſtrarum animarum au/
ferebant ſpinas peccatorum ꝛ īfun
debant gratiam in ſacramentis ec/
cleſie miniſtrando ſanguinem. Eſt
ergo neceſſariuꝫ ꝙ prius humili cō
tritione cordis atqꝫ diſplicentia pec
catorum aſſurgatꝭ ꝛ amore virtutū
ꝛ ita ſanguinis huius pretioſi ſalu/
tiferum fructum habebitis. Aliter
n. minime poſſetꝭ habere niſi etiam
ex parte veſtra virtuoſaꝫ diſpoſitio
nem faceretis veluti palmites vni/
ti vere viti videlicet yeſu chriſto fi/
lio meo qui ait. Ego ſum vitis vera:
pater vero meus agricola eſt ꝛ vos
palmites. Et ita veruꝫ eſt. verus. n.
agricola ſuꝫ a quo ſunt egreſſa que/
cunqꝫ ſunt in eſſe creata. Potentia
nanqꝫ mea penitus inextimabilis
ē. Ipſa quottidie gubernat atqꝫ re/
git vniuerſum orbem ꝛ abſqꝫ me ni
hil omnino factum eſt. Itaqꝫ ſum

ille verus agricola qui filium meum vnigenitum in terra veſtre humanitatis plantaui tanquam vitē: vt vos veluti palmites vniti per fidem ꝛ opera de vite fructum afferatis. Jdeo quicunqꝫ ſalutiferum fructum videlicet: bonorum operum afferre neglexerit ab ipſa vite vera precidetur ꝛ areſcet ꝛ in ignem mittetur eternum quoniam ita preciſus illico vite gratiā āmiſit: ꝛ veluti palmes a vite pciſus ꝛ arefactus ī fructuoſus ē oīno ꝛ ſolūmō ꝑuaī ad ignē. ſimilr̄ iſti peccatis eoꝝ exigentibus ita preciſi morientes in culpa mortali mittentur a diuina iuſticia veluti inutiles in ignem eternum. Jſti colere noluerunt vineam ſuā: īmo potius exterminauerunt propriam ꝛ alienam. Nec in ea ſolum obmiſerunt aliquam virtutis plantam immittere imo quod videtur eſſe deterius inde ſemen gratie qđ in lumine baptiſmali perceperant abiecerūt atqꝫ modo miſerabili cōculcauerunt. Jn quo lumine participabant vnigeniti filij mei ſanguini qui ſuauiſſimum vinum extitit quod vobis vit̄ iſta vera produxit. Jpſi autem abſtulerūt a vinea ſua ſemen iſtud ꝛ in cibum exhibuerunt animalium aliquorum: videlicet iniquitatum diuerſarum: illud viliſſime ſubpeditantes per inordinatum affectum cum quo me ſatis offenderunt ꝛ ſemetipſos valde miſerabili modo damnificauerunt atqꝫ proximum. vos vero ſerui mei fideles inſerti eſſe debetis vere viti: quia tunc afferetis habundantiſſime fructum participantes huius vere vit̄ humorem. Uobis autem ī filio meo dilectiſſimo permanentibus in me ſtat. Nam ego ſum vnū cum eo ꝛ ipſe mecum. Si ſtabit̄ cū eo ſequemini proculdubio veſtigia eius ꝛ doctrinam ꝛ ita ſubſtantie: eius participabitis videlicet eterne deitatis vnite veſtre humanitati dum inde trahitis amorē ineffabilem atqꝫ diuinum vbi fidelis anima inebriatur. Et ideo diri qꝛ participabitis de ſubſtantia ſalutifere vit̄ huius.

Qualiter deus palmites predicte viti vnitos videlicet ſeruos ſuos putat ꝛ quomodo nullus poteſt colere vel deſtruere vineam ſuam. quin colat vel deſtruat illā primi Capi. xxiiij.

Item ait dominus. Scis filia mea quem modum ego teneo poſtqꝫ ſerui mei ſic vniti libēter animo prompto deſiderant yeſu chriſti filij mei ſequi doctrinam atqꝫ veſtigia: Ego puto illos a mouendo ſuperflua vt ampliorem fructum producant ꝛ fructus eorum ſit acceptabilis ꝛ electus ꝛ non efficiatur inanis atqꝫ ſilueſter ſicuti palmes viti cōiunctus putatur a cultore vt meliorem fructum atqꝫ plus afferat. Quod vero ſilueſtrem viderit ad ignem ponit. Similiter ego verus cultor ago. Seruos meos in me per amoris affectum in morantes ego puto: multis varijſqꝫ tribulationi-

bus vt meliorem atqꝫ maiorem fru
ctum afferant ⁊ eorum probata vir
tus elucescat. Steriles vero preci/
duntur a gratia ⁊ igni comburen/
tur. Tales.n.veri ſunt cultores val
de bene colentes animas eorum ex
tirpantes ab eis omnem amorem
proprium in me terraʒ verentes af
fectus animarum eorum nutriunt
⁊ iugiter augmentant in ſe gratie
ſemen quod in ſancto baptiſmo re
ceperunt. Et ita bene vineam pro/
priam excolentes: etiam illam pro/
ximi ſui bene colunt quia non bene
poteſt coli vna ſine reliqua. Jam.ñ.
tibi dixi ꝙ omnia bona ſimiliter ⁊
omnia mala mediãte proximo per/
petrant. Jtaqꝫ vos eſtis coloni mei
a me progreſſi ⁊ electi qui ſum opti
mus laborator: vos vniens ⁊ inſe/
rens vere viti propter vnionem cũ
humanitate veſtra factam. Diligẽ/
ter attende ꝙ omnes homines ha/
bent vineam propriam que ſine me
dio iungitur ⁊ vnitur vinee proxi/
mi ſui. Et in tantuʒ vniuntur ꝙ ne
mo poteſt proficere ſiue nocere ſibi
ꝙ idem etiam proximo non opere/
tur. Ex omnibꝰ vobis videlicet ex
tota religione chriſtiana vniuerſa/
lis vinea cõſtituta eſt eo ꝙ eſtis vni
ti pariter in corpore miſtico ſancte
matris eccleſie vnde vite gratiam
habetis. Jn qua vinea plãtaui vi
tem hanc veram vnigeniti filij mei
cui vos inſerti eſſe debetis pariter
⁊ vniti. Si vero non eẽtis in eo ta/
liter inſerti rebelles eſſetis indubi/
tanter eccleſie ſancte ac eſſetis ve/
luti membra putrida q̃ preciſa ſunt
a corpore verumtamen dum eſtis
in tempore poteſtis a peccati putre
dine conſurgere habendo recurſuʒ
ad miniſtros meos qui ſunt coloni
tenẽtes claues vini ſaluberrimi vi/
delicet precioſi ſanguinis ab ipſa vi
te vera producti ⁊ egreſſi. Qui tan
te virtutis atqꝫ perfectionis eſt ꝙ
ex nullo defectu miniſtri contami/
nari poteſt vel inquinari neqꝫ po/
teſt a vobis auferri fructus ipſius
immaculati ſanguinis. Uinculum
vero caritatis eſt illud cum quo li/
gantur cũ humanitate vera ⁊ noti/
tia ſalubri mei ⁊ ſui. Jtaqꝫ vides ap
te ꝙ omnes vos veluti colonos ad
laborandum adduxi. Et nunc eti/
am inuito vos denuo quia mũdus
in ſe defecit ⁊ in tantum vepres in
eo multiplicate ſunt ꝙ omne ſemen
omnino ſuffocatur. ita ꝙ nulluʒ fru
ctum boni operis vel gratie facere
volunt. Jgitur volo vos eſſe culto/
res veros atqꝫ fideles. qui cum ſo/
licitudine ſancta ⁊ indefeſſa in cor/
pore miſtico ſancte matris eccle/
ſie pro ſalute fidelium quottidie
laboretis. Precipue ad ħ vos eligo
q: decreui mundo miſerabili facere
miſericordiam pro quo tu tam hu/
militer ⁊ inſtantiſſime rogaſti me.

Qualiter ħ anima poſt aliquas
dei laudes humiliter expoſcit ei de
monſtrari per pontem ambulãtes:
⁊ alios qui per ipſum ambulare vo
lunt. Capi.xxv.

HEc anima tunc amore diuino valde ſuccenſa dicebat exclamans. O dulciſſima caritas inextimabilis ⁊ ignifera quis ex tāta dulcedine non accendatur ⁊ uratur: Quod eſt cor ita durum quod ſe defendere valeat vt non deficiat. Tu abiſſus eterne caritatis: ita philocaptus es de tuis inutilibus creaturis ꝙ vt ita dicam videris inſanire quemadmodum ſi viuere non poſſes abſqꝫ illis cū tu ſis omnipotens deus noſter qui noſtri nullatenus idigens: ⁊ ideo de quocunqꝫ noſtro cōmodo nihil additur magnitudini tue. Et q: tu es imobilis de quocunqꝫ noſtro detrimento nihil omnino demitur eterne bonitati tue. vnde prouocaris obſecro ad tantam atqꝫ talem miſericordiam exhibendam: Solūmodo tua caritas ineffabilis hoc agit. Non quidem ex debito ſiue ꝙ egeas adiutorio q: ſumus vere neqꝫ ⁊ infideliſſimi debitores. Si bene conſidero ſūma ⁊ eterna bonitas: ego latro ſum: tu vero ꝑ me ſuſpēderis atqꝫ torqueris q: video filium tuum vnigenitum iā cruce pro me ſuſpēſum atqꝫ clauatum: de quo feciſti pōtē humano generi ſicut mihi miſerrime ſerue tue propalarꝫ dignatus es. vnde cor meum ex vehementi deſiderio atqꝫ fame tui honoris in preſenti ſcinditur ⁊ tamen vt opto ſcindi non valet. Inſuper habeo memorie q: mihi oſtendere volebas qui ſunt illi qui ꝑ pontem incedunt ⁊ alios qui per illum ire nolunt. Et ideo ſi maieſtati tue placet ego libenter viderem atqꝫ te docente libenter audirem.

Quomodo pons iſte tres gradꝰ habet ꝑ quos aperte notantur tres anime ſtatus ⁊ qualiter itelligitur verbum chriſti. Si exaltatus a terra fuero ⁊c. Capi.xxvi.

ETernus vero deus vt animā illam circa ſalutem animarū amplius philocaperet atqꝫ feruentius animaret ait. Anteqꝫ pandam tibi ea que tibi monſtrare diſpono ⁊ id quod a me petis: volo te noſce qualiter iſte pons eſt vtilime diſpoſitꝰ dixi tibi ꝙ a celo vſqꝫ ad aridaꝫ extenditur vꝫ ex vnione quam i humanitate veſtra fieri volui. Naꝫ de limo terre primū hominem ego formaui. Iſte pons vꝫ filius meus vnigenitus tres gradus in ſe continet quorum duo fabricati fuerunt in ligno ſanctiſſime crucis. In tercio q̄qꝫ perſenſit amaritudinem valde moleſtam: vꝫ quando potatus i cruce fuit aceto felle permixto. In his ergo tribꝰ gradibꝰ itelligerꝫ poteris tres anime ſtatus vt apertius tibi ſubiungatꝫ primus gradus in pedibus intelligitur: q: ſicut pedes portant corpus ſic affectus animaꝫ. Affixi pedes tibi faciunt vnum gradū vt ad vulnus lateris attingere valeas. Secundus tibi cordis aperte manifeſtat archana poſtqꝫ homo ſuper affectum pedum aſcenderit icipit: iam guſtare cordis affectum diligentiſſime conſiderans intelle/

ctus oculo cor apertum vnigeniti fi
lij mei vbi reperire poteſt ineffabi-
lem atqꝫ perfectiſſimum amorem
vere conſumatum. Conſumatum i
q̃ꝫ qr vos non amat ex aliqua vtili-
tate propria. Nam vtilitatem ei fa-
cere non valetis q̄ñ vnum eſt me-
cum. Tunc anima repletur amore
conſiderādo ſe tā ineffabiliter ama
ri. Poſtq̃ꝫ ergo gradum ſcḿ aſcen-
dit peruenit ad tertiuꝫ vꝫ ad os om
ni ſuauitate repletum vbi reperit
pacem quietiſſimam ex amariſſima
guerra quam prius incurrerat pro
pter offenſiones eius. Igitur in pri-
mo gradu leuando pedes affectus
a terra reſpuit vicia. In ſecundo re
pleuit animam virtutibus. Sed in
gradu tertio guſtat pacem. Itaqꝫ
pons iſte tres habet gradus vt aſcē
dentes primum atqꝫ ſecundum per
uenire poſſīt ad tercium. Eſt etiam
iſte pons eleuatus in altum quem
aqua decurrens ledere nō valet eo
ꝙ in ipſo glorioſo ponte non fuit vn
q̃ꝫ aliq̄ peccati macula Et licet ipſe
pons in altum extiterit eleuatus: ta
men a terra fuit nullo modo ſepara
tus Scis filia cariſſima quando le
uatus fuit in altum. Quando affi-
xus fuit in ligno ſalutifere crucis.
Non tamē ſeparata fuit aliquo mo
do a terra noſtre humanitatis alti
tudo nature diuinitatis. Et ideo di
xi ꝙ licet in altum eſſet eleuatus a
terra: tamen non erat ſeparatus ex
vnione deitatis ⁊ humane nature.
Nemo quippe poterat incedere ſu-
pra pontem iſtum vſqꝫquo nō exti-
tit in altum eleuatus. Et ideo dixit
ipſe. Si exaltatus fuero a terra om-
nia traham ad me ipſum. Ego ve-
ro conſiderans ꝙ alio modo melio-
ri trahi non poteratis: a mea pater-
na caritate ſolūmodo motus vobis
eum transmiſi ſuper ligno ſalutife-
re crucis eleuandum ⁊ exaltanduꝫ
faciendo de corpore ſuo quandam
incudem i qua fabricaretur huma-
ni generis filius auferēdo ſibi mor-
tem ⁊ ei vita gratie reſtitueretur.
Et iſto modo trahit ad ſemetipſum
omnia dilectionem inextimabilem
oſtēdēdo vobis: qr cor hominis agi
lius trahitur amore q̃ꝫ alio modo: ⁊
ipſe vobis maiorem amorem oſten-
dere non poterat q̃ꝫ vitam pro vo-
bis exponere violēter igitur homo
trahit ab amore niſi forte propter
ignorantiam ⁊ ingratitudinem eiꝰ
omnino renuerit atqꝫ reſiſtentiam
damnabilem adhibuerit dixit er-
go ꝙ ſi exaltatꝰ eſſet a terra omnia
traheret ad ſe: ⁊ ita verum eſt: hoc
autem intelligi poteſt dupliciter.
vno modo ꝙ hominis attracto cor-
de per affectum amoris vt iam di-
ctum eſt: etiam anime potentie ce-
tere ſunt attracte: vꝫ memoria in-
tellectus atqꝫ voluntas. Congrega
tis igitur ⁊ vnitis his tribus anime
potentijs in nomine meo tunc om-
nia que facit actualiter atqꝫ menta
liter attrahuntur ⁊ vniuntur in me
per affectum amoris. Ideo ſunt mi
hi valde grata pariter ⁊ accepta qr
ſunt in altum erecta ſequendo dile-
ctionem igniferam vnigeniti filij

mei. Itaq verũ eſt quod ait: ſi exaltatus fuero a terra omnia traham ad me quia videlicet attracto corde cum anime potentijs. opera cuncta ſimiliter attrahuntur. Secundo modo poteſt intelligi quoniam omnia creata ſunt in obſequium hominis ⁊ non homo ꝓpter alias creaturas: imo propter me ſolummodo videlicet vt mihi ſeruiat ⁊ affectuoſe me diligat ex toto corde ſuo. Attendas ergo ꝙ homine ſicut dictuꝫ eſt attracto cetera ſunt attracta quõ omnia creata ſunt propter ipſuꝫ fuit igitur expediens ꝙ iſte pons in altum erigeretur ⁊ ꝙ haberet etiam in ſe ſcalas vt agilius ad ipſum aſcẽdere valeretis.

Quibus lapidibus iſte pons eſt muratus: vnde qui per pontem trãſit omnino ſaluus eſt qui vero tranſit per fluuium vadit ad mortem. Capi. xxvij.

Iſte pons conſtructus eſt ex lapidibus vt venientibus imbribus viatores nullo modo prepediantur. Noſti qui ſunt iſti lapides proculdubio ſunt reales ⁊ vere virtutes. Qui lapides ante paſſionem vnigeniti filij mei murati non erãt. Ideo viatores ĩpediebantur in tantum ꝙ nemo peruenire poterat ad terminũ ad quem ego creaueraꝫ eos quantumcunq per viam virtutum ambulare conarentur. Celum adhuc omnino clauſuꝫ erat: clauis n. ſanguinis precioſi filij mei dilectiſſimi mũdum illud apperuerat. pluuia quoq diuine iuſticie nõ admittebat aliquem pertranſire. Sed ex quo lapides iſti ſupra corpus ipſi⁹ vnigeniti filij mei de quo tibi dixi me feciſſe pontem dolati fuerunt atq contuſi. poſtmodum ipſe murauit ⁊ fabricauit calcem ad murandum conſpergendo ſuo pretioſo ſanguine: que calx excocta cum igne dilectionis immenſe: fortitudineꝫ habuit inextimabilem vigore diuinitatis eterne. Cum potentia mea lapides virtutum murati atq conſtructi ſunt ſuper eum: quia nulla virtus eſt que non extiterit in eo ꝓbata: ⁊ ab eo virtutes omnes habent vitam ⁊ efficatiaꝫ. Et ideo nemo poteſt habere virtutem aliquam que vite gratiaꝫ exhibeat niſi ſolum ab eo videlicet ſuam ſequendo doctrinam atq veſtigia. Ipſe murauit atq plantauit virtutes tanq viuos lapides ĩ edificio: firmauit ⁊ cõſtruxit proprio ſanguine ſuo vt omnes fideles expedite trãſire valeant abſq timore ſeruili cuiuſcunq pluuie diuĩe iuſtitie quia miſericordia preuenit. Que miſericordia de celo deſcendit in incarnatione dilectiſſimi filij mei. Cum qua claue celum fuit apertum. Solummodo cum claue ſui precioſi ſanguinis. Itaq videre potes hunc ſalutiferum pontem eẽ conſtructum atq muratum ac etiam coopertum ineffabili miſericordia. Super quo viridarium eccleſie ſancte velut apotecha conſiſtit in qua panis vite miniſtratur eſurien-

tibus ꝛ ſanguine precioſo ſicientes habundantiſſime potantur ne viatores atq3 peregrini veluti feſſi deficiant in via. Et ex hoc ordinauit affectuoſa mea paterna caritas vt vobis corpus atq3 ſanguis vnigeniti filij mei quottidie miniſtretur qui verus deus ꝛ verus eſt homo. Cum vero pertranſieritis pontem peruenietis ad ianuaz que tamen ianua idem eſt ꝛ pons per quā omnes vos indubitāter oportet ingredi. vnde dixit in euangelio. Ego ſum via veritas ꝛ vita: qui vadit ꝑ me non ambulat in tenebris: ſed habebit lumē vite. Et alibi dixit: idem. Nemo venit ad patrem niſi per me. Et ita ſe veritas habet. Nam eſt via veritas ꝛ vita. Et ſi bene meminiſti iaz tibi mōſtraui q̄ ē via ſub forma pontis. Et q2 mecum eſt vnum qui ſuz eterna veritas etiam idez eſt v3 eterna veritas: q2 qui ſequitur eum in veritate perambulat. Eſt inſuper vera vita q2 qui ſequit᷑ veritatem iſtā vitam gratie recipit: nec3 fame perire poteſt q2 veritas ſe vobis exhibuit in cibum: nec3 poteſt in tenebris ire qm̄ ipſe vera lux eſt omnez hominem illuminans omni mendatio priuatus: imo cum veritate ſue lucis irritauit ꝛ ad nichilauit omnino mendatium aduerſarij cu3 quo deceperat euā. Quod vtiq3 diaboli mendatium iter ad celum vobis irrupit veritas vero reparauit: illud vt iam dixi fabricando precioſo ſanguine ſuo. Igitur omnes qui viam iſtam in veritate ſecūtur vtiq3 ſunt veritatis alumni q2 veritatem imitantur ꝛ per portam veritatis intrantes ad me mare pacificum vniti tum cum hac eterna veritate porta pariter ꝛ via feliciſſime perueniunt. Qui vero declinat ꝛ omnino tenuit hanc viam ſaluberrimam ambulare: vadit infra per fluminis alueum. vbi non eſt via conſtructa lapidibus: ſed aqua proceoſa decurrens. Et quia nullum eſt ibi ſuſtentaculum ſiue ſubſidiū nullus inde tranſire pōt quin ab aqua ſubmergatur atq3 ſuffocetur. Tales proculdubio ſunt huius mundi delicie: ſtatus ꝛ oblectamenta ſiue vanitatꝫ eo ꝙ affectus hominis ſuper viuo ꝛ angulari lapide non eſt collocatus: imo verius in creaturis ꝛ alijs vanitatibus eſt extra me poſitus illas inordinate amando atq3 poſſidendo: ſimilitudinem habent cum aqua quottidie decurrenti. Similiter ꝛ homo vna currit cu3 illis ſingulis diebus infalibiliter vnam dictam agit ad mortis terminum properando. vellet vtiq3 ſemetipm̄ conſeruare ne curreret ita vna cum rebus quas diligit. hoc autem eſt eis penitus impoſſibile: quia nec3 ſe: nec3 ſua multo tempore conſeruare pōt. Statutum eſt.n. hominibus indubitantiſſime ſemel mori: etiam ea que poſſidet neceſſarium eſt omnino relinquere. Quia vel ipſe per mortem auferretur eis: vel illa per ordinationem ſiue permiſſionem meam auferētur ei. Iſti mēdacium imitantur: ideo merito filij

diaboli nominari dnt qui mendar eſt ⁊ mendacij pater. Et qꝛ tranſeũt per mendacij portam eternam inci dunt iuſtiſſime damnationẽ. Nũc autem oſtendi tibi veritatem atqꝫ mendatium vꝫ viam meam que ve ritas eſt: ⁊ viam diaboli que men/ dacium in ſe continet.

Quomodo per viam dei vꝫ per pontem iſtum ac etiam per viã con trariam vꝫ per flumen cum labore tranſitur. Capi. xxviij.

Iste ſunt due vie: ſed per vtrã qꝫ cum difficultate tranſitur. Attende diligenter hominis igno/ rantiam ⁊ affectatam eius cecitatẽ qui viam habens expeditam atqꝫ ſalubrem: vult ambulare per flumẽ ad interitum. Via vero mea tante conſolationis eſt electis meis ambu lantibus in ea ꝙ omnis amaritudo efficit eis valde dulcis ⁊ omnia põ dera leuiſſima. Qui licet adhuc ha bitent in corpore tenebroſo lumen inueniunt: atqꝫ mortales exiſtẽtes vitam inueniunt imortalem degu/ ſtando per amoris affectum cum lu mine fidei veritatem eterna m: qꝛ p mitto refrigerium inextimabile cũ ctis qui fideliter amoꝛ mei laborãt valde nanqꝫ ſum liberalis ⁊ gratus atqꝫ iuſtus vnicuiqꝫ retribuens iu xta merita ſua. Quare nullum ma lum eſt impunitum nec aliquod bo num aliquando remanet irremu/ neratum. Jocunditatem vero quã habet ambulans in veritate: per vi am iſtam lingua tua narrare nõ va let: nec auris audire: nec oculus videre pro eo ꝙ etiam in vita pre/ ſenti participando guſtat illud inef fabile bonum quod ei preparatur ĩ vita durabili. Ergo vere ſtultus eſt ille qui bonum huiuſmodi recuſat: ⁊ potius eligit in hac vita miſerabi liter aram inferni guſtando recipe re tendẽdo per viã fluminis in qua cum anguſtioſo laboꝛ perambulat abſqꝫ refrigerio vel aliquo bono: qꝛ propter eius culpam ⁊ iniquitatẽ ẽ omnino priuatus me qui ſum eter num atqꝫ ſũmum bonum. Ergo ra/ tionabiliter vos electi mei ſtatis in amaro dolore cordis propter offen/ ſas quas iugiter ab homine recipio ⁊ ex compaſſiõe ſue dãnabilis igno/ rantie cum qua me grauiter offen/ dit in detrimentum imo damnatio nem an. me ſue. hoc. n. a vobis acce/ pto gratanter ⁊ ita volo vos agere. Nunc vero vidiſti atqꝫ comprehẽ/ dere potuiſti qualitatem ⁊ diſpoſi/ tionem huiuſmodi ſalutiferi põtis ad declarationẽ eius quod tibi di xeram qꝛ pontem humano generi feceram ex vnigenito filio meo. Et iſta veritas eſt aperteq̃ tibi patefa/ cta vt iam dictum eſt.

Quomodo iſte pons cum aſcen/ diſſet ad celum die aſcenſionis non tamen ſe a terra ſeparauit. Capi. xxix.

Postq̃ autem vnigenitus fili us meus ad me redijt quadra

geſſimo die poſt eius glorioſam re/ſurrectionem iſte pons eleuatus eſt a terra: vȝ a conuerſatione corporali mortalium ⁊ aſcendit i celum virtute diuina ſedens ad dexterā mei patris eius eterni prout angelus ipſa die aſcenſionis eius diſcipulis ait qui mente ſuſpenſi ſtabant ex eo ꝙ eorum corda in celum aſcenderant vna cum ipſo filio meo dicēs. Non expedit vt hic vltra moremini q̄m iſte dominus yħs aſcendit in celuȝ ⁊ ſedet ad dexteram eterni patris. Cum aſcendēs in altum ad me corpore ſuo rediſſet: q2 nunq̄ꝫ ex diuinitate diſceſſit: ego miſi magiſtrū optimum humano generi: vȝ ſpiritum ſanctum qui venit cū potētia mea ⁊ cum ſapientia verbi mei pariter ⁊ cum clementia ſuamet: vȝ eiuſdem ſpiritus ſancti. Qui ſpiritus vnum ē mecum ⁊ cum vnigenito meo. vnde confirmauit viam atq3 doctrinam quam ipſa mea veritas in mūdo reliquerat ⁊ aperte docuerat. Et ideo licet humana conuerſatione diſceſſerit a mundo: remanſit ibi ſaluberrima doctrina ſua pariter ⁊ vere virtutes que ſunt velut viui lapides fundati ⁊ conſtructi ſuper ipſa doctrina ſua que vobis eſt certiſſima via facta pro ſalute: mundi ab iſto ponte glorioſo. prius ipſe cepit viam iſtam incohare coruſcantibus virtutibus dādo vobis doctrinam iſtam exemplo ⁊ opere magis q̄ verbo imo plus incepit opere facere q̄ꝫ verbo docere. Doctrinaȝ huiuſmodi clemētia ſancti ſpiritus valide confirmauit: mentes diſcipulorum virtuoſe roborando vt ānunciarent atq3 conſtantiſſime faterentur in vniuerſo mundo veritatem ⁊ viam iſtam doctrinā: vȝ yħu chriſti filij mei publice mundum arguendo d̄ ſuis iniuſticijs atq3 falſis iudicijs de quibus alias apertius tibi pādam. Iſta vero volui tibi narrare ne forſitan in mētibus aliquorum error valeat exoriri dicentiū. Apte fatemur q2 de yħu chriſti corpore factus eſt humano generi pōs ex vnione nature diuīe cum humana: ſed iſte pons aſcēdit in celum diſcedens a vobis. Ipſe vobis erat aptiſſima via ſalutis efficaciſſime vos docendo veritatem ⁊ omnes virtutes verbo pariter ⁊ exemplo. Nunc autem vbi poſſumus exemplum intueri vel viam inuenire? Reſpōdeo talibus. lucidiſſima doctrina ſua cōfirmata fuit a ſpiritu ſancto ꝑ apoſtolos: in ſanguine declarata martirum innumerabilium: lumine ſanctorum doctorum illuminata: quā apertiſſime declarant ⁊ publice cōfitentur. Ex hac etiam euangeliſte ſpiritu ſancto repleti vobis fidē pleniſſime faciunt etiam per publicuȝ inſtrumentum. Omnes apertiſſimuȝ ⁊ acceptabile teſtimoniū exhibent in corpore miſtico ſancte mr̄is eccleſie chriſtiane veritati veluti lucerna clariſſima ſuper candelabro poſita vt viam veritatis oſtendant que vere conducit ad vitam. Et illā non ſolum verbo docuerunt imo ꝑ experientiam in ſemetipſis apertiſſime demonſtrant. Itaq3 quicunq3 voluerit vti ratiōe ſalubriter de ta

li veritate poteſt informari niſi vo/
luerit ab amore proprio damnabi
liter excecari. Indubitanter ergo
noueris ꝙ veriſſima ſua doctria re
manſit in mundo veluti nauis tu/
tiſſima vt animas eruat a procello/
ſo mari ⁊ incolumes adducat ad fe
liciſſimum portum eterne ſalutis.
Itaq; prius humano generi feci pō
tem ex vnigenito ſilio meo actuali/
ter in mundo conuerſando cum ho
minibus. poſtea vero ab actuali cō
uerſatione ſublato remanſit in mū
do loco pontis via ſaluberrime do/
ctrine ſue que doctrina condita eſt
a potentia mea cum ſapientia dile/
ctiſſimi filij mei ⁊ cum clemētia ſan
cti ſpiritus. Potentia dat virtutem
omnibus imitantibus huiuſmodi
libertate. Cū hac ergo libertate poteſtis voluntatem ipſam inclinare ſeu refrenare iuxta libitum veſtrū. Et iſta gratioſe cōceſſi vobis velut inexpugnabilem armaturaȝ. Quādo vero ſponte peccatum acceptatis armaturam veſtrā in manu diaboli ponitis: ⁊ iſte gladius ē cū quo vos percutit ⁊ occidit. Si vero gladius iſte voluntatis in manu diaboli nō exhibetur: voluntarie vȝ acceptando temptationes atq̃ moleſtias eius: homo nunq̃ offendetur ab aliqua peccati mortalis occaſione cuiuſcunq̃ temptationis vel moleſtie proueniens vndecunq̃: imo fortificabitur inde ſi oculuȝ intellectus apperuerit ad videndam ⁊ intelligendam caritatem meam vere paternam que permittit huiuſmodi temptationes ſoluȝ vt homines in ſe virtutes acquirant ⁊ in eis experiantur. Ad virtutes vero non ꝑuenitur niſi mediante cognitione ꝓprie fragilitatis atq̃ mee bonitatis ⁊ iſta cognitio perfectiꝰ acquiritur tempore temptationis q̃ȝ tempore conſolationis ⁊ quietis: qꝛ tunc aperte cognoſcit ſe per ſe non eſſe: qꝛ ſe liberare non valet ab illis moleſtijs quas vtiq̃ vitare vellet ⁊ illis omnino carere: me vero cognoſcit in voluntate ſua que fortificatur a bonitate mea quare non acquieſcit illis moleſtijs atq̃ temptationibus: ⁊ qꝛ prudenter aduertit q̄ ego concedo ſibi propter vtilitatem eius ex caritate mea: diabolus.n. infirmus ē ⁊ omnino nihil agere poteſt niſi quātum ego ſibi concedo. hoc autem ei concedo non ex odio veſtri: ſed ex caritate paterna ſicut iaȝ dixi: non vt in bello huiuſmodi ſuccumbatis: ſȝ vt in bello tali triumphuȝ obtineatis ⁊ vt ex inde veniatis ad veram cognitionem veſtri atq̃ mee bonitatis ⁊ vt virtus experientia probetur que proculdubio non probatur niſi per oppoſitum eius. Ergo diligenter attende qꝛ demones eſſe conſtitui ⁊ ordinaui miniſtros meos vt impios atq̃ reprobos in iſerno crucient ⁊ in mundo temptationibus atq̃ moleſtijs electos exerceant: vt virtutes in anima probentur: q̃uis intentio diaboli non ſit: vt virtus ī vobis augeatur ſiue probetur: quia caritate priuatus eſt: imo iuxta poſſe laborat vt omni virtute priuemini: hoc autem agere nullo modo poteſt niſi velitis ei conſentire. Nunc videre potes hominis amentiā qui vult eſſe debilis: vbi factus ē a mea bonitate fortis atq̃ robuſtus: ⁊ ipſemet voluntarie ſe ponit in manibꝰ inimici ſui crudeliſſimi qui quottidie querit anime ſue mortem eternam. Unde volo te noſce q̄ ex quo ſponte reprobi ſe demoniace ſeruituti ſubiecerunt in vita: poſtmodū in extremitate mortis exiſtentes ipſi ſub huiuſmodi crudeli dominio n̄ expectant aliud iuditium a me: ſed ipſimet ſui iudices exiſtunt a conſcientia compellente. Quare veluti deſperati feſtināt ad eterna ſupplitia. Et anteq̃ ingrediantur infernum ī extremitate mortis illum amplectuntur cum odio cuiuſlibet virtutis ⁊ cum demonibus quos in domi

nos elegerunt pro pretio ſuorũ ope
rum habent infernum: ſicut ecõuer
ſo iuſti ⁊ electi mei poſtq̄ imperfe
cta virtute vixerunt ad mortis ex
tremitatẽ aducti: vera caritate ſuc
cenſi cum oculo perfecte fidei: cum
firma ſpe fructiferi ſanguinis agni:
vȝ vnigeniti filij mei vident illud
eternum premium eis a me prepa
ratum ⁊ cum vere dilectionis bra
chijs amplectunt̃ aſtringẽtes amo
ris amplexibus me ſummũ ⁊ eter
num bonum in hac extremitate: ſic
q̄ vitam eternam affectuoſe degu
ſtant anteq̄ egrediantur a corpore
mortali. Alij vero qui vitaȝ in qua
dam duxerunt caritate cõmuni ⁊ ñ
in tanta perfectione venientes ad
vltimum vite miſericordiam meaȝ
amplectuntur cum eodem lumine
fidei atq̄ ſpei prout habuerunt illi
perfecti ſed imperfecte. Qui licet ĩ
perfecti fuerint aſtrinxerunt: tamẽ
affectuoſe miſericordiam meam exi
ſtimantes ⁊ intelligentes valde ma
iorem eſſe diuinam miſericordiam
omnibus offenſionibus eorũ. Pec
catores autem iniqui faciunt oppo
ſitum q̄ cum in remediabili deſpe
ratione ⁊ odio crudeli vident ⁊ am
plectuntur locum ſue damnationis
vt iam dixi. Itaq̄ nec electi: neq̄ re
probi pſtolant̃ iudicari ſed in egreſ
ſua corpore quilibet videt ⁊ intelli
git ⁊ quaſi poſſidet ei locum aſſigna
tum etiam anteq̄ a corpore fuerit
anima ſeparata. Nam anime dam
natorum egrediuntur cum odio at
q̄ deſperatione. perfectorũ vero cũ
amore ⁊ lumine fidei ⁊ cuȝ vera ſpe
ſanguinis agni: imperfectorum au
tem cum miſericordia ⁊ cum cadeȝ
fide perueniunt ad purgatorium.

Quomodo diabolus homines d
cipit ſub alicuius boni colore.
Capi. xliiij.

Dixi tibi diabolum ad aquaȝ
mortuam homines inuitare
vȝ ad illam quaȝ ipſe pro ſe poſſidet
illos excecando cũ delitijs atq̄ mũ
di ſtatibus: ⁊ cum decipula vel ha
mo terrene delectationis eos incau
tiſſime capit ſub colore boni. Nam
aliter eos capere non poſſet niſi vi
derent: vel iudicarent inuenire bo
num aliquod proprium vel aliquaȝ
delectationem procul dubio ſe capi
nullo modo permitterent. Natura
liter. n. anima quottidie bonum ha
bere deſiderat. Sed anima propter
amorem proprium excecata non in
telligit nec agnoſcit vbi ſiue quod ẽ
verum ⁊ appetibile bonum quod
anime proſit ⁊ corpori. Et ideo dia
bolus aſtutus ⁊ iniquus attendẽs
animam excecatam ab amore pro
prio ſenſitiuo ſibi proponit varias
delectationes cum aliqua bonitate
vel vtilitate coloratas vnicuiq̄ ſm
gradum eius ⁊ ſecundum vitia pri
cipalia in quibus viderit aliquem
irretitum vel inclinatum. Aliud. n.
anteponit vni ſeculari ⁊ aliud vni
religioſo. Aliud in prelatura poſitis
⁊ aliud in ſublimitate ſecularis do
minij collocatis ⁊ ita d ceteris. Iſta
tibi narraui: q̄ tibi dicã de his qui
per flumium ambulãtes in eo ſe ſub

mergunt. Imprudentiſſime proce/
dunt nullum omnino reſpectuʒ ha
bentes niſi ſolum ad ſemetipſos cuʒ
iniquo amore ꝓprio meas offenſio/
nes vilipendendo quorum exitum
in parte narraui. Nunc auteʒ aper
te tibi monſtrare volo quomodo ſe/
metipſos in veritate decipiunt: qꝛ
volentes effugere penas incidunt ī
penas: qꝛ videtur eis ꝙ labor exceſ
ſiuus eſſet eis i ſeruitio meo: vʒ am/
bulando per pontem a dilectiſſimo
filio meo fabricatum ꝛ ideo ſe ſub/
trahūt a parua ſpina terreni: hoc ac
cidit eis: qꝛ ſunt excecati penitus: ꝛ
ideo nō vident veritatem nec agno
ſcunt illam. Sicut in principio vite
tue monſtraui tibi quando me ro/
gabas vt ego miſericordiam orbi fa
cerem homines extrahendo de tene
broſis peccatis eorum. Noſti ꝙ oſtē
di me tibi ſub figura cuiuſdaʒ arbo
ris cuius non videbas principium:
necꝫ finem niſi ꝙ videbas radicem
terre vnitam: ꝛ hoc innuebat vnio/
nem nature diuine cuʒ humana ve
ſtra natura. Iuxta ſtipitem arboris
videbas aliquas vepres paruas q̄/
rum horrore ſiue terrore cuncti pro
prie ſenſualitatis amatores elonga/
bantur atqꝫ recuſabant arbori pro/
pinquare currentes ad quendam
monticulum corticis frumenti ſiue
quiſquiliaruʒ. In quo declaraui te
ꝙ omnia mūdi delectamenta ſigni
ficabantur. Ille frumenti cortices
apparebant eſſe frumentuʒ ꝛ tamē
non erant. Quare videbas animas
illuc euntes ibi fame perire. Mul/
te vero cognoſcentes mūdi fraudes
atqꝫ defectuʒ indilate redibant ad
arborē tranſeundo ſpinas ꝛ vepres
illas: vʒ deliberationem volūtatis.
Que deliberatio priuſqꝫ fiat vide/
tur eſſe vna ſpina pungens in ſequē
do viaʒ veritatis ꝛ ſalutis: quia pu
gna quedam exerceretur inter conſci
entiam atqꝫ ſenſualitatem. Sʒ quā/
do cū odio ſancto ꝛ diſplicentia ſue
ſenſualitatis virili corde deliberat
dicens, ego volo ſequi yeſuʒ chriſtū
crucifixum: vepres ſiue ſpinas illi/
co calcat illeſus ꝛ inuenit admirabi
lem indilate dulcedinem prout illo
tempore tibi monſtraui tamen am/
plius vel minus iuxta diſpoſitionē
atqꝫ ſolicitudineʒ ipſorum. Et vt iā
dixi tibi ego ſum deus veſter immo
bilis necꝫ mutor nec ab aliquo qui
velit ad me venire me ſubtraho ſed
omnibus oſtendi veritatem: natu/
ram diuinam inuiſibilem ordinan/
do viſibilem. Etiam eis oſtēdi quid
eſt aliquid amare ſine me. Sed ipſi
velut excecati penitus a nube amo
ris proprij inordinati necꝫ me necꝫ
ſe cognoſcunt. Uides aperte quan/
tum ſe decipiunt: quia potius vo/
lunt fame perire q̄ paucas vepres
pertranſire. Nemo quippe poteſt
abſqꝫ pena in preſenti vita ſtare ne
mo ſine cruce pertranſit exceptis il
lis qui per viam ſuperiorē vadunt.
Non tamen euadunt omnem pe/
nam: ſed huiuſmodi penā exiſtimāt
ſibi fore refrigerium. Et quia pro/
pter peccatum ade mundus huma
no generi ſpinas atqꝫ tribulos ger/
minauit ꝛ iſte procelloſus fluuiꝰ ve/
luti quoddam inquietum mare pe/

riculoſe fluxit ideo vobis ordinaui
pontem de quo tibi dixi ne perire/
tis in ipſo flumine. Nunc videre po
tuiſti qualiter ipſi ſe decipiunt cum
inordinato timore: ⁊ quia ſum deus
veſter qui non mutor neqꝫ ſum per/
ſonarum acceptor: imo virtutis at/
qꝫ ſancti deſiderij. Hoc autem vidi
ſti preſertim in illius arboris ⁊ con/
grua figura.

Oſtenditur qui ſunt illi quibus
minime nocent ſpine quas mundus
per peccatū germinauit. Capi. xlv.

Nunc vero tibi monſtrare de/
creui qui ſunt illi quibus ve
pres ⁊ ſpine quas propter peccatuꝫ
iſte mundus germinauit inferunt
damnum ⁊ quibus non. Et qꝛ iam
tibi monſtraui damnationem ipſo
rum vna cum bonitate mea ⁊ etiaꝫ
vidiſti qualiter ipſi decipiuntur a
propria ſenſualitate ſua nunc attē/
de diligenter ꝙ ipſi ſolum offendū/
tur ab huiuſmodi ſpinis. Nemo vi/
uens in mundo pertranſire pōt abſ/
qꝫ pena corporali ſiue mentali. La/
borem quippe corporalem etiaꝫ ele
cti mei tollerant eorum vero mens
eſt omnino libera: quia non habet
afflictionem de labore ſiue quacun
qꝫ pena pro eo ꝙ eorum voluntas ī
omnibus eſt conformis ⁊ vnita vo/
luntati mee que voluntas ē illa res
vnde ꝓcedit afflictio ſiue pena. Hic
n. affligitur homo vel habendo qđ
habere nollet: vel non habendo qđ
haberꝫ vellet. Ablata vero volunta
te propria pacifice quieſcit. Igitur
iſti diſcordes a voluntate mea ſunt
illi qui corporaliter atqꝫ mentaliter
affliguntur. Naꝫ ⁊ i mūdo viuētes
arram īferni degustāt ſicut econuerſo
ſui mei guſtāt arrā eterne vite. Un/
de noueris ꝙ valde ſingulare bonū
beatorꝫ ē hic volūtatē plenā oīuꝫ q̄
deſiderāt. Ipſi cupiūt hic me: cupiē
tes ꝓo me guſtāt fruunt atqꝫ poſſi/
dēt abſqꝫ rebellione quacūqꝫ: quia
depoſuerunt in morte corporis gra
uedinem atqꝫ moleſtiam: vnde ſen/
tiebāt impugnationem atqꝫ belluꝫ
contra ſpiritum. Corpus. n. erat eis
obſtaculuꝫ ne perfecte cognoſcerēt
veritatem ⁊ impediebat eos ne me
facie ad faciē videre poſſent. Poſt/
qꝫ aūt anima depoſuit onus corpo/
ris voluntas ē omnino plena: qꝛ de
ſiderantes videre me quottidie me
vidēt in qua viſione feliciſſima bea
titudo veſtra ꝯſiſtit. Uidētes agno
ſcunt ⁊ agnoſcētes amāt ⁊ amantes
guſtāt me ſūmū ⁊ eternū bonum ī
quo guſtu ſatiat cū plena reffectiōe
volūtas eorꝫ. i. deſideriū qđ hūt vi/
dēdi ⁊ agnoſcēdi me: qꝛ deſiderātes
hūt ⁊ hn̄do deſiderāt. Et vt iā dixi ꝓ
cul ē ab oī pena tale deſideriuꝫ ⁊ oē
faſtidiū a tali ſacietate remotū. Ita
qꝫ ſui mei ꝑncipaliter btītudīe glo
rioſa ꝑfruunt vidēdo: cognoſcendo
⁊ amādo me: q̄ quidē viſio replet eo
rū voluntatē habēdo quicquid exo
ptat ⁊ ita ſatiata quottidie reperi/
tur. Et ideo tibi dixi ꝙ vitam eter/
nam guſtare precipue cōſiſtit ī hoc
vt voluntas habeat oē quod optat
Noueris tamen ꝙ ipſa ſolummo/
do videndo cognoſcendo ⁊ amādo

me ſatiatur vt iam dixi. Etiam igi/
tur in hac vita preſenti guſtat ara3
eterne vite guſtãdo illud de quo po
ſtea ſatiatur. Guſtatur autem h ar
ra vite durabilis in preſenti tempo
re bonitatem meam in ſe videndo ⁊
in agnoſcendo veritatem meã. Iſtã
vero noticiam habet intellectus il/
luminatus in me qui eſt oculus ani
me. Hic autem oculus pupillaz ha
bet alme chriſtiane fidei: ⁊ lumen̄
huiuſmodi fidei facit agnoſcere pa
riter ⁊ imitari viam atq3 doctrina3
veritatis: vʒ i carnati verbi dilectiſ
ſimi filij mei. Nullus. n. abſq3 pupil
la fidei chriſtiane videre poteſt niſi
ſicut homo qui formam habet oculi
ſed pupillam que videre facit homi
nem habet vno paniculo coopertã.
Sic oculus intellectus loco pupille
fidem habere debet: ſuper qua ſi pã
nus infidelitatis ortum habens ab
amore proprio ſuperponatur recte
videre non poteſt. Formam habet
oculi ſed minime lumen q2 ſemetip
ſum illo priuauit. Itaq3 vides ꝙ ſer
ui mei videndo cognoſcunt ⁊ agno
ſcendo diligunt ⁊ amando perdunt
voluntatem omnem propriam ⁊ ab
negant. Priuati vero voluntate ꝓ/
pria ſubito voluntatem meam idu
unt que non querit ⁊ optat niſi ſan/
ctificationem veſtram. Et indilate
retrocedunt ab inferiori via pontẽ
aſcendẽtes vepreſq3 virili corde cal
cantes illeſi pertranſeunt abſq3 no/
cumento quocunq3 q2 pedes affectꝰ
eorum voluntate mea calciati ſunt
⁊ valde muniti. Et ideo dixi tibi ꝙ
ipſi penam habebant corporaliter:
ſed non mentaliter q2 ſenſitiua vo/
luntas in eis omnino mortua fue/
rat que penam infert atq3 mentem
hominis affligit. Ablata voluntate
propria ſubito pena fugatur ab ho
mine. quare tollerant omnia cum
affectuoſa reuerentia reputãtes ad
gratiam ſingularem amore mei cru
ciari nec optant aliquid niſi quod
ego volo. Unde ſi eos vexari pmit/
to multis ⁊ varijs diabolicis tem/
ptationibus vt in virtute proben/
tur: ipſi cum voluntate firma reſi/
ſtunt quam in me fortificatam ha/
bent ⁊ cum humilitate profunda ſe
reputant indignos omni quiete: ſʒ
afflictione dignos. Et ita cu3 ſancto
gaudio pertranſeunt ⁊ cu3 vera co
gnitione ſui vitando penam omnẽ
afflictiuam. Si vero permitto ꝙ ho
mines eos perſequantur: vel eis vo
lo concedere corporalem egritudi/
nem vel inopiam temporalium: vel
vt a ſtatu ſuo deijciantur in mundo
vel eis auffero filios vel alias crea/
turas quas affectuoſe diligunt. que
quidem omnia ſpine videntur ⁊ ve
pres quas poſt peccatum ade terra
germinauit: omnia cum lumine ra/
tionis atq3 fidei ſancte patientiſſi/
me tollerant: attendentes q2 ſum/
ma ſum bonitas: neq3 velle poſſum
niſi quod bonum eſt ⁊ intuitu boni
concedo totum amore paterno mo/
tus ⁊ non ex odio. Poſtq3 autem in
me perfectum amorem agnouerũt
ad ſemetipſos oculum vertunt de/
fectus proprios vere cognoſcentes.
Et cu3 lumine fidei cognoſcunt ap
te ꝙ nullum bonum erit abſq3 pre/

mio ⁊ omnis culpa ſine dubio puni/
tur. Diligenter ēt attendunt ꝙ om
nis culpa quantumcunq; leuis ap/
pareat eſſet īfinita pena digna: quo
niam eſt contra me perpetrata qui
ſum bonum infinitum. Et acceptāt
a me pro ſingulari gratia ꝙ in vita
preſenti eis velim iniungere penitē
tiam atq; diſciplinam eo ꝙ tempus
eſt finitum ⁊ breue. Igitur iſto mo/
do ⁊ contritione cordis pro ſuo pec/
cato ſatiſfaciunt ⁊ cum perfecta pa
tientia meritum acquirunt: eorum
vero labores a me poſtea remunerā
tur eterno premio. Etiam aperte co
gnoſcūt ꝙ omnis labor vite preſen/
tis eſt valde breuis ex breuitate tē/
poris. Tempus vero quod habetis
eſt vnus punctus: vz preſens īſtans
q2 preterito caretis nec futuruz ha
betis Ergo deſſiciēte vobis tempo/
re pariter ⁊ omni pēa caretis ⁊ ita
quelibet pena in vita preſenti bre/
uis eſt. Ipſi tollerant omnia paciē/
tiſſime calcantes huiuſmodi ſpinas
illeſi: q2 nō offenduntur neq; tan/
guntur ab eis eo ꝙ ipſorum cor alie
num eſt ab eis amore ſenſitiuo con/
tempto ⁊ vnitum eſt in me per affe/
ctum vere caritatis. Ergo maniſe/
ſte patet ꝙ iſti guſtant arram eter/
ne vite dum etiam in mortali cor/
pore viuunt. Stantes in aqua non
madeſiūt nec aliquo modo balneā/
tur per vepres atq; ſpinas acutiſſi/
mas illeſi pertranſeunt nullum ac/
culeum inde ſentientes: q2 nouerūt
me ſummum bonum ibi perquiren
tes vbi reperire potuerunt: vz in
vnigenito filio meo.

De malis procedentibus ex cecidi
tate intellectualis oculi ⁊ ꝙ bona
facta in peccato mortali non valēt
ad vitam eternam. Capi. xlvi.

Hoc vtiq; tibi declarandu3 du
xi vt apertius agnoſcas qua/
liter iſti guſtant arram inferni quo
rum audiſti deceptionem erroneā.
Modo vero ſubiungam: vnde pro/
cedit h̄ erronea deceptio ⁊ qualiter
arram inferni guſtant. Hoc autem
accidit eis quoniam oculum intelle
ctus habent excecatum cum infide
litate quam ab amore proprio tra/
xerunt: q2 ſicut omnis veritas acqui
ritur ab homine cum lumine vere
fidei: ſic econuerſo mendatium atq;
deceptio cum infidelitate conqui/
runtur: de illorum infidelitate lo/
quendo qui ſanctum baptiſma rece
perūt in quo pupilla fidei fuit ocu/
lo intellectus īmiſſa. Qui tempore
diſcretionis adueniente ſi ſe poſtmo
dum in virtutibus exerceant ipſu3
fidei lumen in anima ſua conſeruāt
⁊ exinde virtutes viuas atq; reales
operātur in proximo fructifere pa/
riendo. Sicut accidit in mulieř que
parit infantem viuum quem ita vi
uentē iocundo corde ſpōſo repn̄tat:
ita faciūt iſti qui virtutes viuas mi
hi repreſentant qui ſum anime ſpō/
ſus. Cuius oppoſitu3 iſti miſeri faci
unt. Adueniente nanq; tempore di
ſcretionis vbi deberent exercere lu
men vere fidei virtutes cū vita gra
tie pariendo ⁊ ipſi pariunt eas om/
nino mortuas. Mortue quippe ſunt
eo ꝙ ipſorum opera facta ſunt ī pec/

cato mortali: q2 priuati ſunt ipſo lu
mine fidei. Habent vtiq3 ſancti ba
ptiſmi formam: ſed minime lumen
quo priuati ſunt: q2 nubes peccato/
rum amore proprio patratoru3 ocu
li pupillam: vnde virtuoſe videbāt
operuit. His qui fidē abſq3 virtuo
ſis operibus habent apertiſſime di/
citur: q2 fides eorū eſt omnino mor
tua. Unde ſicut ille qui mortuus ē
videre nequit ita nec oculus habēs
pupillam opertam non videt neq3
cognoſcit ſemetipſum: neq3 ſuos de
fectus: neq3 bonitatem meam a qua
ſuum habuit eſſe ⁊ omnem gratia3
fūdatam ſuper eſſe. Et: q2 non agno
ſcit me: neq3 ſe non odit in ſe propri/
am ſenſualitatem: ſed inordinate di
ligit eam querēdo quottidie ſuo ap
petitui ſatiſfacere: ſicq3 pariter om/
nes filios mortuos: v3 multa pecca
ta mortalia cōmittendo. Me quoq3
non amat: ⁊ ita me non amando:
nec etia3 illud quod ego diligo dili/
git: v3 proximu3 eius. Neq3 delecta
tur operari que mihi grata ſunt ⁊
accepta: v3 veras atq3 reales virtu/
tutes de quibus habeo complacen/
tiam illas in vobis videndo non ex
vtilitate mea: q2 mihi nullo modo
prodeſſe poteſtis: q2 ſu3 deus veſter
⁊ non indigeo bonorum veſtrorum
Omnia nanq3 creata ſunt a me ſo/
lum excepto peccato: q2 nihil ē. Et
animam gratia priuando ſe reppe/
rit quoq3 eſſe me priuatam qui ſum
omne bonum. Itaq3 propter vtilita
tem veſtram virtutes mihi placent
in vobis: vt inueniā: vnde vos eter
no p̄mio remunerare valeam in me
vita durabili. Uides ergo fidē iſto/
rum eſſe mortuam: q2 non habent
opera: nam opera que faciunt: licet
in ſe bona ſint non tamen eis valēt
ad vitam eterna3: q2 vita gratie pri
uata ſunt. Nihilominus operari bo
num etiam abſq3 gratia nunq̄ iter
mitti debet qm̄ omne bonū a me re
munerabitur: vt etiam omnis cul/
pa tempore ſuo puniētur. Bonum
qd̄ homines operantur in ſtatu gra
tie: v3 abſq3 peccato mortali valet
ad vitam eternam acquirendam: il
lud vero quod operantur in culpa
mortali proculdubio non valet ad
vitam eternam tamen a me diuerſi
mode remuneratur. Nam aliquan
do preſtolor eos gratioſe tempus cō
modando: vt emēdare valeant: vel
eos in corde aliquoru3 ſeruoꝝ meo/
rum imprimo vt pro illis humiles
atq3 continuas orationes in conſpe
ctu meo fundant quibus interueni
entibus a me gratia3 obtineant: vt
a ſuis iniquitatibus egrediantur.
Quando vero non acceptant grati
am huiuſmodi cōmodati temporis
nec etiam fructum illarum oratio/
num: aliquando remunero tales in
habundantia rerum temporalium
Et his accidit ſicut vitulo ſiue por/
co qui ſatis impinguatur: vt ad ma/
cellum poſtea congruentius addu/
catur. Ita continget iſtis qui quot/
tidie recalcitrauerūt volūtati mee:
tamen aliqua bona faciunt non in
ſtatu gratie: ſed in peccato mortali
nec acceptare voluerunt gratia3 cō
ceſſi temporis: nec orationēs pro eis
effuſas: nec alios modos quib9 eos

gratioſe vocati multotiens: vt ope ra ſua bona facerent in ſtatu gratie veluti reprobi niſi ſe correxerint vl/ timo punientur eterno ſupplicio. Interim vero mea bonitas ꝓ par/ uis illis bonis que fecerunt in tali ſtatu remunerat eos ī tali minima compenſatione: vȝ diuitiarum hu/ iuſmodi temporalium. Itaqȝ valde decepti ſunt. Quis eos decepit: Ip ſimet q꞉ ſponte lumine viue fidei ſe priuauerūt. Et veluti execati pal/ pantes inherent ſolum his que tan gunt. Et ideo nihil vident niſi ocu/ lo tenebroſo. q꞉ poſuerunt affectum ſuum ſolum in his trāſitorijs ⁊ ideo decepti ſunt. Ipſi dirrecte faciunt veluti ſtulti qui reſpiciunt ⁊ vident aurum ſolummodo: ſed minime ve nenum quod ibi latet ⁊ occidit īcau tos. Unde noueris ꝙ iſta mūdana cuȝ oblectamentꝭ eorum quantum/ cunqȝ grata videātur abſqȝ me poſ ſeſſa vel acquiſita: ſed cum amore ꝓ prio ⁊ inordinato dirrecte portant ⁊ habent in ſe ſcorpionum effigiem ⁊ figuram vt in pricipio vite tue pꝰ illam arboris figuram: ego tibi mō ſtraui dicens ꝙ ante ſe portabāt au rum poſt tergum autem venenum. Neqȝ venenum erat abſqȝ auro ne/ qȝ aurum abſqȝ veneno. Aurum ta men erat in aſpectu primo: nec ali/ quis homo ſe tueri poterat a vene/ no: niſi tantum illi qui erant illumi nati lumine vere fidei.

¶ Quomodo precepta ſeruari non poſſunt niſi ſeruentur etiam cōſilia equaliter in omni ſtatu deus acce/ ptat bonam hominis voluntatem. Capi. xlvij.

Iam tibi dixi ꝙ iſti ſic illumi/ nati cuȝ gladio bicipiti: vȝ cū odio vitiorum ⁊ amore virtutum ī tuitu mee dilectionis a ſe precide/ bant venenuȝ proprie ſenſualitatis ⁊ voluntatis. Et cum lumine ratio nis acquirebant: poſſidebant atqȝ tenebant aurum in his temporali/ bus. ſ. qui retinere ea volebāt. Qui vero magna volebant vti perfectio ne mētaliter ⁊ actualiter omnia cō temnebant. Iſti ſunt omnes illi qui conſilium perfectionis a mea veri/ tate traditum actualiter obſeruāt. Alij vero qui poſſident hec exterio/ ra ſunt illi qui precepta quidem ob ſeruant actualiter conſilia vero mē taliter: ſed non actualiter obſeruāt. Et quia conſilia ligata ſunt ⁊ conne xa cum preceptis ideo nemo poteſt obſeruare precepta quin etiam con ſilia ſeruet: non actualiter: ſed men/ taliter. vȝ huiuſmodi poſſidendo di uitias cum humilitate nō cuȝ ela/ ta ſuperbia poſſidendo non tanqȝ ꝓ prias: imo tanqȝ a mea bonitate ſi/ bi cōmodatas ad vſum vt in verita te ſic eſt. Unde tantum habetis ꝙ̄/ tum ego vobis impendo ⁊ etiam tā to tempore relinquo vobis quan/ tum video veſtre ſaluti conuenire. Et iſto modo vos vti debetis: ⁊ ita quiſquis mādatū obſeruat: vȝ amā do me ſuper omnia ⁊ proximum tā ꝙ̄ ſemetipſum: viuit cum liberta/ te cordis ⁊ eas ex affectu contem/ nit ⁊ vilipendit: ac licet actualiter

eas poſſideat tñ volũtati mee nullo
modo contradicit. Obſeruant quo/
qꝫ conſilium ex affectu mentis. quē
a ſe preciderunt venenum amoris ī
ordinati. Tales in cōmuni caritate
morant̃. Illi vero qui ſeruãt actua/
liter atqꝫ mentaliter precepta pari/
ter ⁊ conſilia ſunt in ſtatu perfecte
caritatis. Et cum vera ſimplicitate
ſeruant veritatis mee: vꝫ yeſu chri/
ſti conſilium exhibitum iuueni pe/
tenti quid agere deberet: vt vitam
eternaꝫ obtinere poſſet. qui audiuit
obſerua mandata. Quo responden
te: ita iam feci ei veritas ait. Si vis
eſſe perfectus vende quecunqꝫ poſſi
des ⁊ da pauperibus. Iuuēis vero
contriſtatus eſt. qꝛ diuitias adhuc
amore nimio poſſidebat: ideo cōtri/
ſtatus eſt. Sed iſti perfecti conſilia
realiter obſeruant: mundum ⁊ om/
nes diuitias eiꝰ affectuoſe relinquē
tes: macerando corpus cum abſti/
nentia; vigilia ⁊ oratione continua.
Illi vero qui viuunt in caritate cō
muni non relinquendo diuitias eo
rum actualiter non priuant̃ ex hoc
eterna vita: qꝛ non obligant̃ ad hoc
ex precepto: ſed ſi volunt eas habē/
do poſſidere faciant: vt iam dixi.
Nec offendunt illo modo tenendo:
quoniã omnia bona ſunt a me crea
ta qui ſum eterna ⁊ ſumma bonitas
in obſequium creaturarum mearũ
que rationem habent ⁊ non vt ipſe
delicijs mundi ſeruiant. Et ſi placet
illas habendo poſſidere non optan
tes aſcendere huiuſmodi gradum
perfectionis habeant atqꝫ teneant
nõ tanqꝫ domini ſꝫ tanqꝫ ſerui mei

deſiderium cordium mihi debent of
ferre cetera vero poſſidendo tenere
nõ tanqꝫ propria ſed velud a me cõ/
modata. Ego vero non accepto per
ſonas vel perſonarum ſtatum: imo
ſancta dſideria. In omni ſtatu quē
homines eligere volunt hñdo ſan
ctam voluntatem accepto gratãter
⁊ in eis habeo complacentiaꝫ. Om
nes ergo qui venenum amoris inor
dinati preciderunt a vitijs cũ odio
ſancto proprie ſenſualitatis ⁊ amo/
re virtutis ordinate poſſunt illas ha
bere. Inſuper ablato veneno volun
tatis inordinate poſtqꝫ illaꝫ ordina
uerit cum vera dilectione atqꝫ ſan/
cto timore mei poteſt eligere quili/
bet cum ſancta fiducia ſtatum am/
plius ei gratum ⁊ vbiqꝫ lucrari po/
teſt vitam eternam fauente gratia
mea: quamuis indubitanter eſt ma/
ioris perfectionis atqꝫ mihi magis
acceptum amore mei mentaliter ⁊
actualiter omnia mundana relin/
quere. Qui vero nequit hanc attin
gere perfectionem fragilitate pro/
pria contradicente poteſt vnuſquiſ
qꝫ ſtare iuxta gradum ſuum in pre/
dicta caritate cõmuni. Et hoc ordi/
nauit affectuoſa caritas mea pater
na vt nullus in quocunqꝫ ſtatu fue
rit excuſare ſe legitime propter pec
catum valeat vllo modo. Quia ve/
re nullam excuſationem homo po/
teſt inuenire legitimam: vel etiam
apparentem. Valde nanqꝫ gratioſe
condeſcendi fragilitati ⁊ imbecilita
ti ſue taliter qꝫ ille qui vult in ſecu/
lo viuere poſſit in ſtatu ſalutis eſſe
etiam poſſidēdo diuitias: tenere do

minū ſtatum: vxorem: ducere: filios procreare: laborando victum acquirere. Poſtremo quilibet eē poteſt in illo ſtatu quem eligere voluerit: dum tamen vere precidere ſtudeat a ſe venenum proprie ſenſualitatis et voluntatis que conducit indubitanter ad mortem eternā. Et vere venenum eſt: q2 ſicut venenum inficit hominem in corpore: tandem inferrendo ſibi mortem niſi vomere ſe ſtinct ſiue ſalubrem aliquam aſſumpſerit medicinam: ita venenum huiuſmodi ſcorpionis deliciarum mūdi venenat et inficit animam inferendo ſibi poſtea mortem niſi per confeſſionem ſanctam euomat illud extrahendo virtuoſe cordialem affectū. Et hec eſt vna ſaluberrima medicina que liberat hominem a veneno peccati: licet amara videatur miſere proprie ſenſualitati. Peſtiferum atq3 mortiferū venenum attendere debes non conſiſtere in rebus creatis quoniā in ſe bone ſunt et vt iam dixi create ſunt a me qui ſum eterna bonitas: ſed intelligo de perverſitate voluntatis hominis q̄ bonis gratioſe conceſſis in mortem propriā abutitur. Videas ergo quomodo ſūt huiuſmodi miſerabili modo decepti: quia poſſunt habere me per gratiam vitando triſtitiam omnem et habere ſanctum gaudium atq3 conſolationē et ipſi potius eligūt habere malum ſub colore boni. Cupiunt et habent aurum inſatiabiliter amore nimis inordinato. Et quia ſunt excecati cum infidelitate ſua: non vident neq3 agnoſcunt venenum. Se venenatos eſſe conſpiciūt et ex infideli cecitate ſua negligunt aliquod aſſumere remedium: Ipſi profecto crucē diaboli portant arā inferni in preſenti vita guſtantes.

Quomodo ſerui mundi quāuis multa poſſideant ipſi tamen ſaturari nequeunt. Et de pena quam perverſa voluntas eis exhibet.
Capi. xlviij.

Dixi iam tibi q2 ſola volūtas hominem affligebat et q̄ ſerui mei quia voluntate propria priuati ſunt illam abnegando et induerunt voluntatem meam ideo non habent neq3 ſentiunt aliquam penam afflictiuam: imo quottidie cōſolati me per gratiā habent in animabus eorū. Qui vero gratia mea priuati ſunt non poſſunt in aliquo ſatiari ſiue conſolari licet vniuerſo mūdo dominarentur pro eo q̄ omnia que ſunt in mūdo minora ſunt homine: q2 creata ſunt propter hominē et non homo propter illa et idcirco non poſſunt ab illis habere ſacietatem. Solus ergo ego deus eternus cum ineffabili ſacietate quietare poſſum. Unde miſerabiles iſti ſic excecati quottidie laborādo fatigātur et nunq̄ habere ſacietatem vllo modo valent optantes ea que non inuenient vnq̄: q2 non expoſcūt a me qui pleniſſime poſſū adimplere deſideria ſua. Vis audire qualiter affliguntur. Tu noſti q̄ amor affligit homines. quando perdunt ea cum quibus erant affectuoſe cōformati.

Jſti conformati ſunt in terra diuerſimode per inordinatum amorem ⁊ ideo terra ſunt effecti ſunt terreni. Aliqui ſe conformant cum diuitiis Quidam cum temporali ſtatu ſiue cum filiis. Aliqui me pdunt vt obediant alicui creature: alii faciūt: vt animalia irratiōabilia, corpora ſua ſedantes in immunditia deteſtabili. Et ita diuerſimode ſe miſerabiliter de terra nutriūt. Uellent iſta fore manſura cuius oppoſitum experientia quottidie docet: q2 vel his q̄ diligunt auferuntur ipſi morte mediāte: vel ex mea diſpenſatiōe res aufferuntur ab eis ⁊ ipſis omnino priuantur. Unde ingiter affligūtur intollerabili pena ⁊ illa cum tā to dolore perdunt cum quāto amore inordinato poſſidebant. Si poſſe diſſent ea tanq̄ a mea bonitate cōmodata ⁊ non tanq̄ propria nō habuiſſent in tali priuatione penam. Affliguntur igitur iuſte: q2 non obtinent ea que deſiderant a mūdo a quo proculdubio ſatiari nullo modo poſſunt: vnde penam habent veluti vacui atq3 famelici. Quot penas habent iniq3 viuentes a ſtimulo conſcientie: Qualiter affligitur ille qui vindictam appetit. Quottidie nanq3 tabeſcit ⁊ afflictione conſumitur ⁊ ante ſemetipſum occidit: v3 animam q̄3 inimico nocuerit: vel in minimo: gladius autem odii ſuam iam occidit animam Quantu3 affligitur auarus qui ſibi ſubtrahit ex auaritia que ſūt vite ſue neceſſaria. Quantum affligitur inuidus cui9 anima ſemper amaricatur ex omni felicitate primi ſui. Tales ex omnibus que ſic inordinate diligunt extra me ſemper habent afflictionem atq3 miſeriam. Et ita, cruce diabolica quottidie tormentantur ⁊ etia3 in vita preſenti guſtant ⁊ habent arram inferni. Corpus etiam ipſorum ex hoc aliquando grauiter infirmatur ⁊ niſi ſe corrigant incurrunt hominis vtriuſq3 mortem eternam. Igitur iſti ſunt quos vepres atq3 ſpine multarum anguſtiarum offendunt. Ipſi nanq3 ſemetipſos affligunt cu3 deteſtabili ⁊ inordinata voluntate propria. Ipſi merito cruciantur intus ⁊ extra. v3 in anima ſimul ⁊ corpore cum penoſo tormento viuentes abſq3 merito quocūq3: quoniam in tribulatiōe ſua fuerūt impatientes: auru3 atq3 delitias vite preſentis inordinate diligentes gratia mea priuati atq3 caritatis affectu mortis arbores effecti ſunt: ⁊ ideo ipſorum opera mortua ſunt amaritudine plena. Sponte vadunt per fluuium in quo ſuffocantur ⁊ ita perueniunt ad aquam mortuam cum odio tranſeuntes per ianua3 demonii ⁊ ſic eterna dam̄atione merito puniuntur. Nunc ergo vidiſti quomodo ſemetipſos iſti miſeri decipiunt ⁊ cum quanta pena lucrantur infernum: q2 ſponte ſe fecerunt martires diaboli. Uidiſti quoq3 quid ē illud quod eos excecat: v3 obſcura nubes amoris proprii ſuper pupillam luminis vere fidei collocata. Ite3 attendere potuiſti q̄liter amici mei corporaliter a mundi tribulationibus atq3 perſecutionibus offendun

tur: ſed non mentaliter: qꝛ ſunt conformati voluntati mee: quia valde contentātur amore mei penas qua ſqꝫ ſuſtinere: cōſiderantes illas a me conceſſas qui ſalutem ipſorum affectuoſe deſidero. Serui vero mundi multipliciter affligūtur intus ⁊ extra. Singulariter autem intus a timore perdendi que poſſident ac etiam ab amore proprio ⁊ inordinato deſiderādo que nullo modo poſſunt obtinerꝰ. Alios vero labores afflictiuos qui poſt hos duos principales eis occurrendo ſubſequuntꝰ lingua tua non eſt enarrare ſufficiens. Itaqꝫ cernis aperte ꝙ etiam in mundo valde melius eſt iuſtis amicis meis q̄ꝫ iniuſtis atqꝫ reprobis quorum vitam atqꝫ terminum occultata fide vidiſti.

## Quomodo timor ſeruilis non ſufficit ad eternam vitam obtinendā: ſed cuꝫ exercitio timoris huius peruenietur ad amorem virtutum. Capitulum.xlviiij.

Etiam volo te noſce ꝙ aliqui ſunt ſtimulati frequēter a mūdi tribulationibus quas: ego concedo: vt anima cognoſcat aperte finem ſuum in vita preſenti non eſſe ſed omnia temporalia tranſitoria: ſunt atqꝫ ſolummodo me diligat ⁊ optet habere qui ſum optabilis finis hominum: ⁊ ita debet intelligēdo cognoſcere. Tales igitur incipiūt amouere nubem ab oculo fidei propter huiuſmodi penas a quibꝰ opprimuntur ⁊ etiam ꝑꝑ illā quam poſt culpam attendūt eſſe futurā. Et cum iſto timore ſeruili egredi incipiunt a via fluminis ita procelloſi venenum extra vomendo quod incaute ſuſceperāt a ſcorpione ſub auri figura: ⁊ inordinate ſine modo ab eodeꝫ acceptauerant. Hoc vero poſtea cognoſcentes ab eo purgantur ⁊ ad ipſius fluuij ripam dirrigere greſſus incipiunt vt ad pontem valeant applicare. Sed attende: quia nullo modo ſufficit ambularꝰ ſolummodo cum ſeruili timore: qꝛ purgare domum a ſpurcitia peccati mortalis non implendo virtutibus eaꝫ in amore fundatis ⁊ nō tm̄ in timore non ſufficit ad vitā eternā. Oportet ergo ꝙ hos duos pedes appōat in primo gradu pontis: vꝫ culpe diſplicentiam cum pene timore ⁊ virtutis amorem atqꝫ deſiderium. Hi ſunt duo pedes qui baiulāt animaꝫ in affectum mee veritatis: vꝫ vnigeniti filij mei de quo vobis feci pontem. Iſte primus eſt gradus quem aſcendere debetis quamuis iſte quaſi generalis modus eſt quem obſeruant hoīes a ſeculo recedētes: qꝛ primo formidine pene mouentꝰ q̄ꝫ amore virtutis atqꝫ iuſtitie: qꝛ vexationes ⁊ tribulationes quas a mundo ſuſtinēt aliqñ faciunt hoīes ex quodam anguſtioſo tedio ſibimetipſis importabiles: vnde ſumunt valde diſplicentiam. Si autem exercebūt huiuſmodi timorem virtuoſe cuꝫ lumine fidei peruenient ad amorem virtutum. Sed aliqui ſunt qui cuꝫ tanto tēpore procedunt ꝙ in eo ſepe recidiuāt. Nam ex quo peruene/

runt ad fluuiū ripam attēdentes at
qꝫ ſentientes ventos eis contrarios
illiduntur ab vndis huius procelo
ſi maris vite preſentis. Si occurrat
eis ventus proſperitatis anteqꝫ ex
negligentia ſua graduꝫ primū aſcē
derint: vꝫ cum affectu ſuo ⁊ cū amo
re virtutis ipſi retrocedunt iterum
ad mundi delicias cum amore ſicut
prius inordinato ſe conuertentes.
Et ſi tali ventus aduerſitatis occur
rat ipſe retrocedit ex impatientia:
qꝛ non odit culpam ſuam ex offenſa
mihi facta: ſed ex timore proprie pe
ne qua ſe conſiderat ex culpa ſua fo
re puniendum. Cum iſto nanqꝫ ti/
more ſeruili cum vomitu peccato/
ruꝫ inceperat a vita ſua priſtina re
ſurgere: ſed omnis virtus vult habe
re perſeuerantiam. Quiſquis vero
virtuoſe viuendo perſeuerare non
curat peruenire non poteſt ad effe/
ctum ſui deſiderij: nec ad illum finē
propter quem incepit. Expedit er/
go perſeuerare ſi peruenire deſide/
rat. Dixi tibi ꝙ iſti retrocedūt a bo
no propoſito prout eis aliqui cōtra
rij motus occurrunt: vnde moleſti/
am habeant: vel a ſemetipſis: vel a
ſenſualitate propria contra ſpirituꝫ
impugnante: vel ex parte creatura
rum: vꝫ cum eas inordinate diligit
extra me ſiue cum impatienter por
tat iniuriam ab aliquo ſibi factam
vel ex parte demonum cum cū va/
rijs temptationibus infeſtant. Eti/
am aliquando facta ſua contemnē/
re videntur vt ad confuſionem ad/
ducant homini dicentes. Iſta bona
que facere cepiſti nihil omnino tibi
proſunt propter innumera peccata
tua. Et hec aduerſari⁹ ait vt homo
retrocedat ⁊ ōmittat agere bonum
illud exercitiuꝫ quod inchoauerat.
Et aliquando temptat hominem ad
interitum adducere cum preſum/
ptiōe miſericordie mee dicēs. Qua
re vis tantum in hoc exercitio labo
rare. Gaudeas in vita preſenti cuꝫ
iocunditate poſtmodum in fine vi/
te tue poteris humiliter adeo miſe/
ricordiam expoſcere ⁊ indubitāter
obtinebis. Et iſto modo diabol⁹ iu/
xta poſſe conatur: vt ipſi perdant il
lum timorem cum quo ceperāt. His
igitur ⁊ alijs q̄pluribus aduerſan/
tibus ⁊ occurrentibus eis agilime
retrocedunt eo ꝙ nō ſunt in ſancto
propoſito conſtantes neqꝫ perſeue/
rantes. Et hoc accidit eis eo ꝙ radix
amoris proprij non eſt ab eis auul/
ſa prout expedit. Ideo non perſeue
rant: imo valde preſumūt vltra q̄ꝫ
debeāt de ſpe miſericordie mee mul
tum inordinate non ſicut oportet:
ſed velut ignorantes atqꝫ preſum/
ptuoſi ſperant in miſericordia mea
quam iugiter offendunt. Ego non
offerro miſericordiam hominibus
vt ipſi cum ea me ſemper offendāt.
ſed vt cum ea ipſi ſe tueri valeant a
malitia diaboli ⁊ ab inordinata cō
fuſione mentis. Ipſi vero frequen/
tiſſime faciunt oppoſitum: qꝛ cum
brachio miſericordie mee grauiter
offendunt. Et hoc eis accidit eo ꝙ
mutationem primam virtuoſe non
exercuerunt: ſed cum timore ſolum
modo pene necnon ⁊ a ſpina multa
rum anguſtiarum atqꝫ tribulatio/

nū impulſi ſurrexere a miſeria mortalium offenſarum. Unde ſe non aliter emendantes ꝛ exercentes non ꝑueniunt ad amorem virtutū ꝛ ideo in perſeuerantia defecerūt. Anima quippe ſtare non valet immobilis vʒ in vno ſtatu. vnde neceſſarium ē ipſaʒ procedere ſiue retrocedere veluti nauicula que ducitur ꝯtra curſum fluuij decurrentis. Ita ꝙ iſti ñ procedendo virtuoſe relinquentes imperfectioneʒ huiuſmodi timoris nec ad amoreʒ feſtinantes oportet ꝙ omnino retrocedant.

Qualiter h̄ anima multuʒ amaricata fuit ex illorum cecitate qui i flumine mergebantur. Capi. l.

Tunc hec anima cum ingenti deſiderio anxia ſuaʒ ꝛ aliquorum attendēs imperfectionem afflictione magna cruciabatur in corde videndo pariter ꝛ audiendo tantam in homine cecitatem: attendēdo precipue ꝙ diuina bonitas obſtacula cuncta que poſſent impedire ſalutem eius ab eo remouerat: ꝛ i quocunqꝫ ſtatu perſiſtere vellet: inuenire gratiam dei poterat qua mediante cuncta redundabant in bonum ꝛ ad exercitium: experimentū ac augumentum virtutis. Et nihilominus his non obſtantibus ipſa plurimos aſpiciebat ex amore proprio ꝛ inordinato affectu voluntarie tranſire per flumen. Et qꝛ ſe nō emendabant videbat eos in ignem aperte ꝓcipitari. Aliqui tamē erāt ibi qui retrocedere feſtinabant ex cauſa quam audierat a dulciſſima bonitate dei qui dignatꝰ fuerat: ita gratioſe manifeſtare ſeipm̄ ei. Erat igitur ex his amaro corde. Firmauit inſuper oculum intellectus i patrem eternum ꝛ ait. O amor ineffabilis ꝛ inextimabilis cuʒ grandi cecitate creature tue ſe decipiunt. Sʒ obſecro ſi bonitati tue placet ꝙ apertius exponere mihi digneris illos tres gradus in corpore dilectiſſimi filij tui ſignificatos. Et qui modus eſt habendus ad exeundum ex toto de flumine ac etiaʒ qui ſunt illi qui ſcalam aſcendunt.

Quomodo tres gradus in ponte figurati: vʒ in filio dei ſignificāt tres potentias anime. Capi. li.

Diuina vero bōitas oculo miſericordie ſue reſpiciens i illiꝰ anime deſiderium ita famelicū ait. Amabilis atqꝫ cariſſima filia nunꝙ̄ ego contemno: imo gratanter accepto ſcā deſideria: qr̄e tibi declarare decreui: hec q̄ petiſti. Tibi declarari poſcis de figura trium graduum ꝛ ꝙ etiam tibi dicam qui modus teneri debet: vt exeūtes a flumine pōtem aſcendere poſſitis. Et quamuis ego ſupra narrando tibi cecitatem hominum ꝛ vnde procedebat eorū vitanda deceptio ꝛ quomodo veluti martires demonum: in vita preſenti arram inferni guſtabant: poſtmodum vero percipiebant eternā damnationem in fructum operationum iniquarum. Illo tunc expſſi tibi modum quem ipſi tenere de-

bebant: nunc autem apertius oſtendam tuo deſiderio ſatiſfaciendo. Tu noſti ꝙ omnia mala fundata ſunt ĩ amore proprio ⁊ inordinato ⁊ inde trahunt originem qui amor eſt velut vna obſcura nubes que priuat hominem lumine rationis: que ratio ꝯtinet in ſe lumen vere fidei: nec vnum ãmittitur abſqꝫ reliquo. Animam ego creaui ad imaginem ⁊ ſimilitudinem meam exhibendo ſibi memoriam intellectum ⁊ voluntatem. Intellectus vero nobilior pars eſt anime. Intellectus ipſe mouetur ab affectu: ĩtellectus vero nutrit affectum. Manus autem amoris: vꝫ affectus implet memoriam beneficiorum a me gratioſe ſibi conceſſoruꝫ: ita vt iugiter in me delectetur. Quorum affectuoſa memoria facit eum ſollicitum atqꝫ gratum ⁊ omnino vitare facit hominem eſſe negligentem ⁊ ĩgratum. Per hunc ergo modum vna potentia contribuit alteri: ⁊ ita nutritur anima ſemper in vita gratie. Nõ. n. poteſt anima viuere ſine amore: ſꝫ ſemꝑ optat aliquid amare q̄m ex amore condita fuit. Nam ipſam ex amore puriſſimo creaui ⁊ ideo tibi dixi ſuperiꝰ intellectum ab affectu moueri quaſi dicens. Ego diligere volo qꝛ cibus ex quo nutrior eſt amor. Tunc intellectus ab affectu ſe percipiens excitari ſurgit quaſi dicens. Ego dabo tibi ſi vis amare quid amare ſalubrius valeas. Et illico conſurgens attente conſiderat anime dignitatem in qua creata fuit: ac indignitatem in quaꝫ ex culpa ſua deuenit. Indignitate quidẽ eſſentie ſue guſtat inextimabilem bonitatem atqꝫ caritateꝫ increatam qua fuit a me creata: ſuam vero miſeriam attendendo guſtat ineffabilem miſericordiam meam q̄m ex paterna miſericordia preſtiti ſibi tempus ad penitentiam atqꝫ de tenebris eã extraxi. Tunc affectus amorĩ paſcitur ⁊ nutritur ⁊ apiẽs os deſiderij ſancti comedit odium atqꝫ diſplicentiam proprie ſenſualitatis humilitate profunda peruncta cuꝫ vera patientia quam ab odio ſancto traxit. Virtutibꝰ vero conceptis ĩperfecte ꝑiuntur atqꝫ ꝑfecte ſm̃ qđ anima ꝑfectionem exercet in ſemetipſa ſicut inferius aperte tibi pandam. Sic econuerſo ſi ſenſitiuus affectus mouetur ad amandum ſolũmodo ſenſibilia tunc oculus ĩtellectus ad illa mouetur atqꝫ tm̃modo tranſitoria cum amore ꝓprio ſibi proponit in obiectum cuꝫ diſplicentia virtutuꝫ ⁊ amore vitiorum: vnde ſuperbiam ⁊ ĩpatientiaꝫ attrahit. Memoria vero non ĩplet̃ niſi tm̃ coꝝ que ſibi porrexerit affectꝰ. Hic amor peſſimus obſcurauit oculuꝫ qui non videt neqꝫ diſcernit aliquid apte niſi cũ quadaꝫ obfuſcata claritate. Que claritas obfuſcata conſiſtit in eo ꝙ quecunqꝫ videt intellectus: ⁊ affectus amat cũ quadã claritate ſiue ſpecie boni ſiue delectationis: qꝛ ſi non eſſet hec apparẽtia boni homo nõ offenderet: qꝛ naturaliter homo non appetit niſi bonum. Itaqꝫ vitium amore atqꝫ colore boni proprij coloratur: ⁊ ideo culpa cõmittitur. Q̄m igitur oculus ex

obfuſcatione ſua minime diſcernit neqꝫ veritatē agnoſcit ex hoc errat querendo bonum atqꝫ delitias vbi non ſunt. Jam.n. pateſeci tibi ꝙ delicie mūdi ſunt abſqꝫ me: ſpine pungentes atqꝫ venenoſe ita ꝙ intellectus in ſua viſione fallitur ⁊ voluntas in diligendo:q꞉ diligit ea que ñ debet amare. Similiter etiam in retinendo memoria fallitur. Intellectus.n.agit veluti latro agere ſolet aliena rapiendo. Et ita memoria recordatur eorum que ſunt extra me. Hoc ergo modo ꝑuatur anima gratia. Tanta eſt vnitas: vel vnio triū iſtarum anime potentiaruꝫ ꝙ vna me non offendit abſqꝫ reliquis qm̄ vna porrigit alteri bonum ſiue malum: vt arbitrio libero placet ſicut ex precedentibus aperte colligere potuiſti. Liberum hoc arbitrium ē affectui colligatum ⁊ ideo mouet illum: vt ei placet aliquando cum lumine rationis aliquādo ſine tali lumine. Vos habetis in me rationeꝫ alligatam inquantum amor inordinatus arbitrio libero mediante non diuidat atqꝫ precidat. Et in vobis habetis legem peruerſam que quottidie cōtra ſpiritum īpugnat. In vobis ergo due partes exiſtunt vꝫ ſenſualitas atqꝫ ratio. Senſualitas omnino ſeruire debet anime icirco vobis eſt a mea bonitate conceſſa. vt ipſo corpore mediante probetis ⁊ ī vobis virtutes exerceatis. Anima vobis libera eſt:nam a culpa liberata fuit in ſanguine dilectiſſimi filij mei neqꝫ poteſt in ſeruitutem redigi niſi ſponte conſenſerit. Voluntas autēꝫ eſt libero arbitrio colligata ⁊ ipſum liberum arbitriū voluntati ſemper vnitur: ⁊ cum ea concordat. Immedio nāqꝫ conſiſtit inter ſenſualitatem atqꝫ rationem: ⁊ ad vtranqꝫ partem: vt ei placuerit vertere ſe libere poteſt:vel inclinare. Verum quando vult anima manu liberij arbitrij ſuas potentias in nomine meo congregare ſicut iam dixi:tūc opera cuncta ſpiritualia:vꝫ atqꝫ temporalia que creatura facit ordinata ſunt: ⁊ aggregata ⁊ illo tunc liberum arbitrium a ꝓpria ſenſualitate ſoluitur ⁊ virtuoſe rationi connectitur. Et ego ꝑ gratiam in eorū medio conſiſto. Et hoc eſt quod veritas incarnata voluit exprimeꝛ dicens. Vbi duo ſiue tres congregati fuerint in nomine meo ego ero in medio eorum. Et ita verum eſt. Ego iam dixi tibi ꝙ nemo poterat ad me venire vbi per eum. Ideo factꝰ ē humano generi pons cum tribus gradibus. Qui gradus tres anime ſtatus apertiſſime figurant:vt infra patebit.

Quō ſi antedicte tres aīe potētie nō ſunt vnite nō pōt haberi ꝑſeueranntia ſine qua nullus ad ſuum terminum peruenire poterit. Capi.lij.

TRium graduum figuram in geneꝛ tibi ſignificaꝛ dixi tres aīe potētias q̄ ſimilitudinarie tres apparēt eſſe ſcale. Nec aliquis aſcēdere pōt vnam abſqꝫ reliquis volendo tranſire per pontem atqꝫ doctrinam vnigeniti filij mei. Nec anima poteſt habere perſeuerātiā niſi tres

has potentias vnitas habuerit in ſe: de qua perſeuerantia tibi ſupra/ dixi ꝙ abſqꝫ illa nemo poterat ad ſuum terminum peruenire. duo nāqꝫ termini ſunt ⁊ vterqꝫ perſeuerantiam exigit: vꝫ virtus ⁊ vitium. Qui vult ad vitam attingere perſeuerare debet in virtute. Si quis vero vellet eternaliter igne cruciari perſeuerare pōteſt in vitio. Itaqꝫ cum ſancta perſeuerantia peruenitur ad me qui ſum eterna vita. Et econuerſo cuꝫ perſeuerantia peruenitur ad aquam mortuam cum demonio guſtandam.

Expoſitio illius verbi yeſu chriſti. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Capi.liiij.

Vos oēs eſtis a veritate mea particulariter atqꝫ generaliter inuitati cuꝫ anxio deſiderio clamabat ī tēplo filiꝰ meꝰ dicēs. Siqs ſitit veniat ad me ⁊ bibat: q2 ſuꝫ fons aque viuentis. Non.n. dixit vadat ad patrem ⁊ bibat: ſed ait veniat ad me. Quare dixit ita. Qm̄ in me patre nulla poteſt eē ſiue cadere pena: ſed in dilectiſſimo filio meo ſic. Uos vero dum eſtis in vita mortali viatores atqꝫ peregrini non poteſtis abſqꝫ pena tranſire: quia terra propter inobedientiam ade ſpinas humano generi germinauit vt iam dictum eſt. Sed quare dixit veniat ad me ⁊ bibat. Quia ſectantes doctrinam eius ⁊ veſtigia: ſiue per viaꝫ cōmunis caritatis: vꝫ obſeruādo mandata eius actualiter ⁊ cōſilia mētalit̄ vel ābulādo p̄ viā pfecte caritatis: vꝫ actualit̄ obſeruādo mādata pit̄ ⁊ ꝯſilia q̄cūqꝫ mō pueneritis ad ipꝫ inuenietis habūdātiſſime quid potare poſſitis: inuenietes atqꝫ guſtantes fructum pretioſi ſanguinis eius ex vnione nature diuine in humana natura vnite. Cum autem eſtis in eo repperitis vos ⁊ ī me cōſiſtere qui mare ſum valde pacificum quoniam ipſe mecuꝫ ⁊ ego ſecum vnum ſumus. Indubitanter igitur eſtis inuitati ſicut dictum ē: ad fontem aque viuētis diuine gratie. Sed vos oꝫ omnino per ipſum habere tranſitum veluti per ſalutiferum pontem veſtrum cum ſācta perſeuerātia: ita ꝙ occaſione ſpine cuiuſcunqꝫ tribulationis: vel aduerſitatis ſiue proſperitatis a ſancto p̄poſito nullo modo retrocedatis vnqꝫ quouſqꝫ pueniatis ad me qui do fidelibus meis aquam viuam quā vobis habundantiſſime dare promitto dulciſſimo v̄bo filio meo glorioſo mediāte. Sꝫ quare dixit. Ego ſum fons aque viue. Quoniaꝫ ipſe fuit ⁊ eſt ille fons qui me cōtinebat qui viuam aquam exhibeo cunctis amicis meis. Sed ideo dixit veniat ad me, ⁊ bibat quoniam in me nullo modo pena cadere pōt ⁊ vos abſqꝫ pena nullatenus pertranſire poteſtis. Ideo vobis pōtem ex ipſo cōſtruxi vt per eum ſolum ad me venir̄ poſitis illeſi. Et ita dixit ipſa veritas in euangelio. Nemo venit ad patrem niſi per me quod vtiqꝫ veriſſimum eſt. Jam ergo vidiſti viaꝫ per quam vos oꝫ ambulare vna cū modo quem tenere debetis: vꝫ cum iugi perſeuerantia. Nam alio mo

do bibere non poſſetis:nec ad aquã viuam peruenirctis:q₃ ſola perſeuerantia corona glorioſe victorie coronabit a me qui ſum omne bonũ.

Quem modu₃ tenere debent homines vt exiř de pelago poſſint illeſi ⁊ tranſire per pontem. Capi.liiij.

In preſenti reſũmõ narrandu₃ de tribus gradibus quos vos o₃ aſcendere ſi cupitis in fluuio nõ ĩmergi⁹ ⁊ ad aquam viuam illeſi peruenire ad quam ita dulciter inuitamini:⁊ vt ego quottidie ſim in medio veſtri. Quia tunc in itinere veſtro ſum immedio quieſcendo:v₃ ꝑ gratiam in animabus veſtris. O₃ igitur hanc viam ambulare cupiẽtes habere ſitim:q₃ ſolummodo ſitientes inuitanť cu₃ dicitur. Si quis ſitit veniat ad me ⁊ bibat. Qui vero minime ſitit in itinere non perſeuerat:ſed ambulare deſiſtit:aut occaſione laboris:vel occaſiõe delectationis alicuius. Et obmittit vas habere ſecu₃ in quo poſſit haurire:nec eſt ei cure ſocietatem habere cu₃, tamen ſolus ambulare nequeat. Et iõ retrocedit quando ſentit aliquaru₃ anguſtiarum ſiue tribulationu₃ aculeos:illas.ñ.abhorret. Timet etiam quando ſolus eſt.ſi.n.aſſociatus eſſet proculdubio non timeret. Inſuper ſi tres illos gradus aſcendiſſet veriſſime ſecurus eſſet eo ꝙ aſſociatus eſſet. O₃ ergo vos habere ſitim ⁊ congregatos eſſe. Quare veritas incarnata dixit. Ubi duo fuerint:vel tres:vel etiam plures i nomine meo congregati ⁊c. Sed propter quid dixit. Ubi fuerint duo: vel tres? Quia duo minime ſũt abſq₃ tribus neq₃ tres abſq₃ duob⁹:neq₃ tres ſiue duo abſq₃ plurib⁹. Un⁹ eſt excluſus:q₃ non ſu₃ in medio ſui pro eo ꝙ aliquem ſocium ſecum habere noluit vt in medio ſtare poſſet ⁊ ideo reducitur ad nihilum. Nam ille qui conſiſtit ĩ amore proprio ſui ſolus ẽ atq₃ ſeparatus a gratia mea priuatus etiam ſui proximi caritate. Cu₃ igitur ex culpa ſua excluſus ſit a me merito gratia mea priuat⁹ redigitur in nihilum: q₃ ſolus ego ſum ille qui ſum. Igiť vnus ille qui priuatus caritate fraterna ſolus in amore ꝓpo conſiſtit non eſt auctoritate mea computatus: neq₃ mihi acceptus. Ait ergo. Ubi fuerit duo ſiue tres vel plures in nomine meo congregati in medio eorum ſum. dixi tibi ꝙ duo non erant abſq₃ trib⁹ neq₃ tres abſq₃ duobus ⁊ ita verum eſt. Tu noſti ꝙ precepta legis ĩ duobus tantummodo pẽdent ſine quibus nullum aliud obſeruari poteſt v₃ vt homo ſuper omnia deu₃ ex toto corde diligat ⁊ proximum tanq₃ ſeipſum. Hic omnino conſiſtit omnium mandatoru₃ diuine legis ꝓncipiu₃:medium atq₃ finis. Ita duo non poſſunt ĩn nomine meo congregari ſine tribus:v₃ abſq₃ trium anime potentiarum aggregatione que ſunt memoria intellectus ⁊ voluntas. v₃ vt memoria iugiter in ſe retineat habundantiam beneficioꝛum meorum ⁊ inextimabilem bonitatẽ meam in ſe. Intellectus vero diligẽ

ter attēdat amorē ineffabilē quē
humano generi porto atqꝫ demon/
ſtraui mediante dilectiſſimo filio
meo quem in obiectum intellectus
oculo collocaui vt in eo conſideret
ignem diuine caritatis. Voluntas
etiam inſimul aggregetur: vt me di
ligat ⁊ affectuoſo dſiderio peroptet
qui ſum omne bonum: ⁊ omnium fi
nis optabilis. His ergo tribus ani
me potētijs inſimul aggregatis. ego
ſum per gratiam in medio. Et quia
tunc homo ſe repletū inuenit vera
caritate mea: pariter ⁊ proximi ſui
ſubito ſocietatem inuenit verarū
virtutum. Tunc ad ſitiendum ap/
petitus anime ſe diſponit ſitiendo:
vz virtutes veras: ⁊ honorem meū
atqꝫ ſalutem animarum extincta ſi
ti quorumcunqꝫ corporalium atqꝫ
temporalium. Et ita primum gra/
dum aſcendens valde ſecure gradi
tur abſqꝫ timore quocunqꝫ ſeruili.
Poſtqꝫ affectum ſuum expoliauit
amore ꝓprio ſupra ſemetipſum aſcē
dit ⁊ ſuper vniuerſa tranſitoria. mū
di res ⁊ diuitias amando atqꝫ poſſi
dēdo ſi ſibi retinere placet iuxta be
neplacitum voluntatis mee nō abſ
qꝫ me: vz cum ſancto timore pariter
⁊ amore virtutū. Tunc vero ſe rep
perit aſcendiſſe gradum ſecundū:
vz ad lumen intellectus quo dīligē
tiſſime ſpeculatur: ⁊ attendit amo/
rem exceſſiuum atqꝫ cordialem quē
vobis apertiſſime demonſtraui dile
cum humilitate coꝛdis:eo modo:eo
loco:⁊ eo tépoꝛe pꝛout bonitati mee
tribuere placet. Et ſi ei non tribuo
quicqꝫ:illud etiam non tribuere nõ
ex odio:ſed ex amoꝛe° pꝛocedit: vt vꝫ
anima me querat in veritate: neqꝫ
me ſolum ex pꝛopꝛia delectatione
ſua diligat: ſed humiliter acceptet
affectum mee caritatis ampl·us ꝙ
illam delectationem quaꝫ inuenit.
Quia ſi quereret ipſam delectatio/
nem iuxta voluntatem ſuam ⁊ non
iuxtã meam inueniet pꝛoculdubio
penam atqꝫ confuſionem intollera/
bilem quando ſe pꝛiuatam inueni/
et illa delectatione ſua quaꝫ anime
ſue poſuerat in obiectum. Hi ſunt
illi qui conſolationem eligere volũt
iuxta beneplacituꝫ eoꝛum. Inueni
entes.n.in mentibus eoꝛum aliquo
tiens de me conſolationem volunt ĩ
illa perſiſtere iugiter. Et incurrunt
aliquando in tantam ignoꝛantiam
ꝙ eos viſitando per aliũm modum
mihi faciunt impꝛudentiſſime reſi/
ſtentiam:nec acceptabunt niſi viſi/
tentur illo modo quo fuerant ima/
ginati. Iſte deffectus a pꝛopꝛia paſ/
ſione pꝛocedit:ac ab illa delectatio/
ne ſpirituali quam in me repperit:
Hec anima decipitur eo ꝙ eſſet im
poſſibile continuo vño modo perſe/
uerare:qꝛ ſicut anima fixa ſtare nõ
valet oꝫ.n.ipſam in virtute pꝛofice
ret vel a virtute deficere: ita mens
in vno ſtatu iugiter ĩ me ſolummo/
do cuꝫ vna gratia ſtare non poteſt:
ĩmo largioꝛ varias atqꝫ differẽtes.
Nam aliquando cõcedo mentale

gaudium valde ſolatioſum aliquã/
do magnam contritionem cum tan
ta diſplicentia ſui ꝙ videbitur in ſe
mentem habere turbatam. Quan/
doqꝫ moꝛoꝛ ĩ anima neqꝫ me ſentit.
Quandoqꝫ foꝛmabo veritatem in/
carnatam ante oculum intellectus
variȷs modis: tamen nõ apparebit
anime:tantam iocunditateꝫ atqꝫ ca
loꝛem in ſe percipere: vt huiuſmodi
viſioni videretur debere ſequi. Ali/
quando vero nõ videbit ⁊ habebit
valde magnam delectationeꝫ. Hec
omnia facio,paterna caritate motꝰ
vt anima conſeruetur ⁊ in virtute
pꝛoficiat humilitatis atqꝫ perſeue/
rantie:vt etiam inſtruatur ne mihi
legem imponere velit:neqꝫ fineꝫ ſu/
um in conſolatione pꝛopꝛia ſenſiti/
ua:ſed ſolũ in virtutibus in me fun
datis. Et cum humilitate ſuſcipiat:
vtrunqꝫ tempus: ⁊ cum affectu ſin/
cere caritatis accipiat affectum me
um cum quo ſibi tribuo:cuꝫ fide vi
ua credens ꝙ ea que ſibi ꝯcedo ſunt
vel pꝛo neceſſ:tate ſue ſalutis:vel vt
ad perfectionẽm attingat. Igitur ĩ
humilitate conſiſtere debet facien/
do pꝛincipiuꝫ atqꝫ finem in affectu
paterne mee caritatis:⁊ in ipſa cari
tate percipere delectationem ⁊ dele
ctationem iuxta voluntatem meaꝫ
⁊ non iuxta ſuaꝫ. Iſte modus eſt ad
vitandũm fraudem inimici ſiue de
ceptionẽm:a me cũncta recipiendo
per affectuoſum amoꝛẽ qui ſum om
niũ ſinis felix ⁊ optabilis. Ideo fun
dari cuncta dñt in mea voluntate.

De his qui ne perdant ꝯſolationẽ

propiam negligunt proximū in ſua neceſſitate. Capi.lxix.

Dixi tibi de fraude qua decipiuntur illi qui ſuo modo guſtare me volunt ī mentibus eorum. Modo fraudem aliam exprimere tibi volo qua decipiūtur illi qui ſolicite quottidie procurāt habere cōſolationem propriam in mentibus eorum intantum ꝙ aliquando videbunt proximum ſuum in magna neceſſitate ſpirituali ſiue tēporali: nec ei ſubuenient ſub colore virtutis ⁊ dicent. Ex hoc ego perdo conſolationem atqꝫ pacem anime mee: nec horas congruo tempore perſoluo. Unde q2 non habent: vt aſſerūt in ſe cōſolationem iudicant offendiſſe ſiue perdidiſſe me. Ipſi vero decepti ſunt a propria delectatiōe ſpirituali mētis eorum. Et valde magis offendūt me non ſubueniendo neceſſitate proximi ſui ꝙ̄ ſi dimitterent omnes cōſolationes eorum: quoniam exercitia quecunqꝫ tam vocalia ꝙ̄ mentalia ſūt a me diſpoſita: ⁊ ordinata vt homo perueniat ad perfectam caritatem mei atqꝫ proximi ⁊ vt in ipſa caritate virtuoſe conſeruetur. Itaqꝫ grauius me offendit ōmittendo caritatem proximi ꝓpter ſuū exercitium actuale ſiue quietem mētis ꝙ̄ ſi dimitteret exercitium amore proximi. Nam in caritate proximi me reperiunt: in delectatione vero propria vbi me querunt eſſent omnino me priuati: quia non ſubueniendo proximo quando neceſſarium ē: ipſo facto ſunt ipſius proximi caritate priuati: ⁊ īminuta caritate proximi etiam affectus meus imminuitur erga ipſos. Affectu vero diminuto pariter ⁊ conſolatio diminuitur. Itaqꝫ lucrari putantes valde perdunt ⁊ volentes perdere lucrantur. q2 ſi volunt in ſalute proximi ꝓprias ōmittere conſolationes lucrātur in anima ſua me per gratiam ⁊ etiam proximum ei caritatiue ſubueniendo in ſuis opportunitatibus ⁊ ita guſtarent omni tempore dulcedinem affectuoſe caritatis mee. Cū autem hoc ōmittunt iugiter ī pena cōmorantur. Nam oportet aliquando ꝙ ipſi proximo ſuo ſubueniant: vel obedientia compellente: vel ex caritate: vel ex infirmitate corporali ſiue ſpirituali. Tunc ei ſubueniendo ſentit in ſe penam atqꝫ mentis tedium ⁊ efficitur incōportabilis omnibus cum quibus aſſidue conuerſatur. imo etiā ſibimetipſi. Siquis vero peteret ab eo quare ſentis iſtā penam: Illico reſpōderet. Quia mihi videtur amiſiſſe pacem atqꝫ mentis mee quietem: ⁊ multa bona que facere ſolebam ōmiſi: vnde reputo deum offendere. Sed nō eſt ita. Iuditiū.n. eius in propria delectatione collocatum eſt. Ideo neſcit agnoſcere ſiue diſcernere vbi conſiſtat offenſio ſua: q2 ſi bene videret intelligeret offenſam in carendo ſua conſolatione mentali: vel ōmittendo ſanctum exercitium oratiōis: tempore neceſſitatis proximi ſui: non exiſtẽ imo conſiſtẽ carentia caritatis proximi ſui cui ſeruire debet atqꝫ cum caritate ſubuenire iuxta poſſe ſuū

amore mei. Itaqꝫ vides ꝙ fallitur ex amore proprio ſpirituali circa ſe metipſum.

De deceptione qua falluntur illi qui ſuum affectum poſuerunt in cōſolationibus atqꝫ mentalibus viſionibus. Capi.lxx.

ET aliquando cōtingit ex hoc amore ſpirituali ꝓprio ꝙ anima maius damnum incurrit: qꝛ ſi ſuum affectuꝫ ſolummodo collocat in querendo mentales conſolatiōes atqꝫ viſiōes quas ego frequētiſſime largior amicis meis: quando ſe priuatam illis videret incidit in amaritudinem atqꝫ mentis intollerabile tedium: qꝛ ſe iudicat gratia eē priuatam cuꝫ ab ea me quandoqꝫ ſubtraho non per gratia ſed per ſentimentum a mente ſua ſicut iam tibi dixi: vt ita perueniat ad perfectionem. Ipſa vero cadit in amaritudinem ⁊ ei videtur arram inferni guſtare percipiendo ſe conſolatiōe priuatam ⁊ moleſtijs multarum temptationum agitari. Nullo modo debet in tantam ignorantiam incidere: nec ita ꝑmittere ſe decipi ab hoc amore proprio ſpirituali ꝙ non itelligat veritatē: ſed in ſe cognoſcat ſore me qui ſum illud eternum bonū qđ ei conſeruo bonam voluntatē in tpe belli q̄ non ſequitur cū ꝯſenſu tēptationes illas a quibus ī mēte moleſtatꝛ. dꝫ igit humiliare ſe reputando ſe: pace ſiue quiete mētis īdignā. Et ideo freqūter ab anima me ſubtraho: vt in humilitate perſiſtat: ⁊ vt veritatem meam in ſe cognoſcat quaꝫ in bona voluntate reppit quā ego ſibi conſerue tempore bellorum ⁊ vt ipſa non aſſueſcat accipere vel optare ſolummodo lactis dulcedinem: vꝫ huiuſmodi conſolationes: īmo ſe viriliter applicet ad pect⁹ veritatis incarnate: vt vna cum lacte carnem etiam aſſūmat: vꝫ attrahendo dulcedinem affectuoſe caritatis mee mediāte carne yeſu chriſti crucifixi. Hoc itelligo de doctrina ſua ſalubri de qua vobis feci pōteꝫ vt per illuꝫ ad me venire poſſitis. Ad hunc ergo finem ab animabus aliquando me ſubtraho. Si prudenter incedunt ego poſtea redeo ad ipſas cum lumine maiori: dulcedine: fortitudine: atqꝫ caritatis ardore. Si vero quando me ſubtraho recipiunt cum tedio triſtitia ⁊ confuſiōe mentis modicum inde lucrantur ⁊ ī ſua tepiditate perdurant.

Quomodo prefati qui delectantur in mentalibus viſionibus aliqñ decipiuntur a diabolo qui ſe tranſfigurare poteſt in angelum lucis. Et de ſignis quib⁹ poteſt agnoſci: quādo viſio procedit a deo: vel a demonio. Capi.lxxi.

POſt hec aīe tales aliqñ recipiūt a demonio fraudē aliaꝫ trāſformādo ſe in angelū lucis. Qm̄ i eo qđ ītelligit aīam optare ſeu recipe diſpoſitā: tēptationis laqueum inuenire conatur: vnde qꝛ mentē videt inclinatam ⁊ allectam ad dulcedinem proprie delectationis: ⁊ in huiuſmodi viſionibus mentalibus

ex deſiderio cõmorari:ipſe diabolus in illa mẽte ſe transformat in diuerſis modis. Aliquãdo ſub forma mee veritatis:vz yeſu chriſti:aliquando ſub angelica forma ſe demonſtrat: vel aliquorum ſanctorum meorum ſicut intellexerit animam libentius acceptare. Hec autem facit vt eam illaqueare poſſit hamo proprie delectationis ſpiritualis ad quam auiditate tanta deſideriuz inclinatur. Et niſi ſollicite conſurgat anima cũ humilitate profunda contemnẽdo realiter viſiones atq̧ conſolationes iſtas:hec hamo capta remanet ĩ manu diaboli. Sed anima prudens in illis non apponit affectum ſuum: imo quantum eſt in ſe reſpuit:ex humilitate ſe reputans illis indignaz: ⁊ cum affectuoſo deſiderio ſolũmodo virtutes amplectitur ⁊ affectuz meum qui largitor ſum attendit: ⁊ non ad huiuſmodi donum ſiue delectationem propriam. Et ita diaboli manus euadit illeſa:qꝛ ſuperbia ſua humilitatẽ aĩe tollerare nullo modo poteſt. Si vero petas quomodo cognoſcitur viſio vera ſiue viſio falſa ⁊ diabolica:reſpondeo tibi prebẽdo ſignuz verum: qꝛ quando diabolus animam viſitat in forma lucis: illico ſentit in aduentu ſuo gaudiũ: vel alacritatem quandam:ſed quãto moratur amplius tanto magis ĩ ſe deficit atq̧ tenebre remanent cũ quodaz tedio ⁊ obfuſcatione ſtimulate mentis. Cum autem anima in veritate viſitatur a me qui ſuz eterna veritas in aſpectu primo recipit anima timorem ſanctum ⁊ cuz ipſo timore gaudium ⁊ ſecuritatem cuz vna dulci prudentia:qꝛ dubitando non dubitat:ſed pro ſui notitia ſe reputans indignam humilime dicet. Ego non ſum digna tuam viſitationem habere. Cuz ergo ſim indigna quomodo poteſt hoc eſſe. Tunc vero ſe conuertit ad latitudinem caritatis ineffabilis mee:videns ⁊ aperte cognoſcens quia mihi poſſibile ẽ omnia quecunq̧ volo dare. nec aſpitio ad alicuius indignitatez:imo dignitatem meam attendo qui dignã illam facio:vt me recipiat in ſe per gratiam atq̧ ſenſum: qꝛ non contẽno deſiderium quo me vocat ad ſe. Ideo me recipit humili corde dicẽs Ecce ancilla tua fiat in me tua ſancta volũtas. Tunc egreditur ab itinere viſitationis mee pariter ⁊ orationis eius cuz allacritate:⁊ magno gaudio mẽtis cum humilitate ſe reputans indignam ⁊ cum caritate: qꝛ recognoſcit a me. Hoc eſt ergo ſignum cũ anima viſitatur a me: vel a demonio:qꝛ quando viſitatur a me repperit in aſpectu primo timorem ſanctum:in medio autem ⁊ in fine gaudium cum fame virtutum. Ecõuerſo viſitatio demonis in aſpectu primo quandam allacritatem exhibet:poſtea vero dimittit iñ fine mẽtem cum confuſione tenebroſaz. Ergo prouidi vobis exhibendo ſignuz vt anima ſi vult humiliter ambulare cum prudentia decipi non valeat. Quam fraudem incideret anima que procedere vellet ſolummodo cum amore imperfecto circa proprias conſolationes ⁊ viſiones affe/

ctum meum attendere negligendo vt iam dictum eſt.

Qualiter anima q̄ ſe ipſam agnoſcit prudenter euadit prefatas fraudes. Capi.lxxij.

NOlui tibi tacere filia chariſſima fraudem quam incurrunt cõmuniter homines mundani in amore ſenſitiuo permanentes cū paruitate bone operationis. In tēpore.ſ.quo cuʒ modica virtute operantes magis delectantur ipſa temporali conſolatione quam operando recipiunt:q̄ʒ virtute. Nec tibi tacere volui quomodo decipiātur ſerui mei:cū conſolationibus ſpiritualibus delectantur amore proprio d̄cepti qui nō ſinit eos cognoſcere veritatem affectus mei:nec videt̄ vbi culpa conſiſtat. Et dixi tibi fraudē qua vtitur demon eos decipiendo culpa ſua cum ipſi non ſeruant modum quem dixi tibi hac ratione:vt tu:⁊ alij ſerui mei virtutes ſequamini amore mei:⁊ non affectu alterius rei. In hec omnia pericula incidet̄ poſſunt:imo ſepe incidunt illi qui i imperfecto amor̄ mei poſiti potius propter donum meum me diligunt q̄ʒ propter me donatorem. Uerum anima que domum proprie cognitionis vere eſt ingreſſa orando perfecte ⁊ abijciendo imperfectionem amoris ⁊ orationis eo modo quem tibi in tractatu oratōis expoſui me ipſum recipit amoris affectu querēdo ad ſe trahere lac mee dulcedinis a pectore doctrine xp̄i crucifixi tertium iam ſtatum adepta amoris.ſ. filialis ⁊ amici. Non habet hec anima mercenarium amorem:ſed mecum agit:vt ſolent inuiceʒ amici cariſſimi quorum ſi alteri fuerit ab altero numus oblatuʒ qui accipit nō tantum munus reſpicit verum p̄ncipaliter amici cor:⁊ donantis affectum. Sic igitur anima que ad tertium ſtatum peruenit amoris perfecti cuʒ a me recipit numera:⁊ gratias non reſpicit ſolūmodo donum meum:ſed oculo intellectus intuetur mee caritatis affectum qua ſibi munus contuli. Atq̄ʒ vt ipſa nō poſſit ſe excuſare:q̄ id agere nequeat.ſ. meum affectum intueri munus cū donatore coniunxi cum diuinā naturam humane nature copulaui:⁊ verbum vnigenitum.ſ. filium meū qui mecum vnum eſt:⁊ ego ſecū vobis donaui hac itaq̄ʒ ratione donū reſpicere non valetis niſi ⁊ me donatorem reſpiciatis: Uides ergo quo amoris affectu debetis diligere ⁊ d̄ſiderare donū ⁊ donatorem. Quod ſi facietis nō in mercenario:ſed puro ⁊ ſincero amore eritis ⁊ hoc faciunt illi qui clauſi manent in domo cognitionis proprie vilitatis.

Quomō anima recedit ab amore imperfecto ⁊ peruenit ad amorem perfectum. Capi.lxxiij.

HActenus multimode tibi monſtraui ſicut aīa reſurgit ab imperfectione ſua:⁊ ad amorem perfectum attingere poteſt ⁊ quid agit ex quo peruenerit ad amorem filia

lem ⁊ amici. Tibi nanq̧ dixi q̄ illuc
valet attingere cum ſancta perſeue
rantia claudendo ſemetipſam in do
mo notitie ſue fragilitatis. Que no
titia ſui debet eſſe condita cū agni/
tione mee bonitatis vt ad confuſio/
nem non veniat. Naȝ in notitia ſui
ꝓprie ſenſitiue paſſiōis odiū acqui/
rit atq̧ delectationis proprie conſo
lationis. Et ab hoc odio ſancto ī hu/
militate fundato patientiam veraȝ
acquirit in qua fortis efficitur con/
tra bella diaboli ⁊ cōtra perſecutio
nes hominum. Erit etiam valde pa
tiens quando pro ſalubri bono ſuo
me ſubtrahere velim per ſenſum ab
ea: omnia libentiſſime tollerabit cū
iſta reali virtute. Et ſi ꝓpria ſenſua
litas vellet ex aliqua difficultate re
bellare quandoq̧ contra rationem
iudex conſcientie dȝ aſcēdere ſuper
ſe cum odio ſancto faciendo iuſtiti/
am: neq̧ permittendo motus tran/
ſire inordinate ſine correptiōe. Quā
uis anima que conſiſtit in odio ſan/
cto ſui quottidie ſe corrigit ⁊ arguit
oī tempore: non ſolum eos qui ſunt
contra rationem: imo frequenter il
los etiam motus corripit qui proce
dunt a me. Hoc innuere voluit ille d
uotus ſeruus meus beatus gregori
us cum ait. Bonarum mētium eſt
ibi culpam agnoſcere vbi culpa nō
eſt. Igitur ita dȝ anima facere ⁊ fa/
cit que vult ſurgere ab imperfectio
ne: vȝ expectare perſeueranter ī do/
mo notitie ſui prouidentiam meam
cum lumine fidei: ſicut egerunt illi
ſancti diſcipuli qui patienter expe/
ctauerūt in domo: nec inde diſceſſe/
runt: imo perſeuerauerūt in vigilia
cum humili oratione continua vſq̧
ad aduētum ſancti ſpiritus. Et hoc
eſt illud quod agit anima ſicut iam
dixi poſtq̄ ab imperfectione ſurre/
xit ⁊ in domo ſe reclūſit vt ad perfe
ctionem attingat. Ipſa ſtat iugiter
in vigilia: oculum intellectus ad do
ctrinam veritatis mee dirrigendo:
⁊ q̄ꝛ ſe cognouit: humiliata conſiſtit
in oratione cōtinua: vȝ deſiderij ve
re ſancti quoniā in ſe cognouit mee
caritatis affectum.

De ſignis quibꝰ cognoſcitur ani/
mam attigiſſe ad amoreȝ perfectū.
Capi. lxxiiij.

Nunc vero tibi dicendum eſt
in quo demonſtratur animā
ad amorem perfectum attigiſſe. No
ueris ergo verum eſſe ſignum illud
qđ habuerūt illi ſancti diſcipuli pꝰ
aduentum ſancti ſpiritus. A domo
nanq̧ fuerunt egreſſi ⁊ amiſſo timo
re: verbum meuȝ ānunciabant pre/
dicantes doctrinam vnigeniti filij
mei virili corde contemnendo pe/
nas: imo gloriabantur in penis: ne/
q̧ metuebant ānunciare veritateȝ
in conſpectu tirānorum atq̧ princi
puȝ huius mundi ad nominis mei
laudem ⁊ gloriam. Sic animaȝ que
in cognitione ſui perſeueranter ex/
pectauit: ego poſtmodum in reditu
meo viſito cum igne mee caritatis:
cum qua caritate dum ſtetit in do/
mo cum perſeuerantia concepit vir
tutes per amoris affectum partici/
pando de potentia mea. Cum qua

virtuoſa potentia vicit ⁊ ſubiugauit propriam paſſionem ſenſitiuaȝ. Et cum ipſa caritate participauit cū ea ſapientiam vnigeniti filij mei in qua ſapientia vidit ⁊ agnouit oculo intellectus veritatem meam atqȝ fraudes amoris proprij ſpiritualis: vȝ amoris imperfecti proprie cōſolationis vt iam dixi. Cognouit etiam fraudem atqȝ malitiam diaboli qua decipit animam que ligata fuerit in illo amore imperfecto. Et ideo ſurrexit cuȝ odio ipſius imperfectionis ⁊ amore perfectionis in dicta caritate que ipſe ſpiritus ſanct⁹ eſt: participauit vȝ in voluntate ſua ipſam fortificando: vt quancunqȝ penam pro nomine meo ſubſtinere vellet ⁊ egrediendo domum virtutes in proximo ſuo pareret. Nō quidem egreditur a domo notitie ſui: ſed egrediūtur a domo cordis ⁊ anime virtutes cōcepte per amoris affectum. Et eas parturit in tempore neceſſitatis proximi ſui multifarie multiſqȝ modis: quia timor ille perditus eſt qui detinebat eam ne maniſeſtaret ex timore perdendi conſolationes proprias vt iam ſupra dixi. Poſtq̄ autē homo peruenit ad amorem perfectum ⁊ liberalē egreditur extra modo dicto ſemetipſuȝ deſerendo. Et hoc vnit homines cuȝ quarto ſtatu: videlicet quādo a tertio ſtatu conſurgens qui perfectus eſt: in quo tertio ſtatu guſtat ⁊ parit in proximo ſuo caritatem recipit vnum ſtatum vltimum pfecte vnionis in me. Qui duo ſtatus inſimul vniti ſunt: nec ē vnus abſqȝ reliquo prout caritas mea ſine caritate proximi: neqȝ caritas proximi ſine caritate mea poteſt eſſe. Non. n. eſt vna ſeparata ab altera. Sic eſt de duob⁹ ſtatibus iſtis: vt in ſequentibus aptius audire poteris.

Qualiter imperfecti ſequi cupiunt ſolummodo patrem: ſed perfecti ſequuntur filium. Et de quadaȝ viſione pulchra. Capi. lxxv.

Dixi tibi q̄ egrediūtur extra ⁊ quod eſt ſignum q̄ ab imperfectione diſceſſerunt ⁊ ad perfectionem attigerunt. Aperi oculum itellectus ⁊ illos per pontem feſtinare ꝯſidera doctrine: vȝ yeſu chriſti crucifixi qui fuit ⁊ eſt via regula ⁊ doctrina veſtra: ⁊ nunc q̄ coram oculis intellectus eoꝝ non habent obiectum niſi yeſum chriſtuȝ crucifixū. Non. n. aſſumunt in obiectuȝ patrē ſicut ille facit qui ſtat adhuc ī amore imperfecto qui nullam vult omnino penam habere quoniam ī me patre pena cadere nō pōt. Ergo ſolūmō ſequi cōcupiſcit meam delectationē quā ī me reppit. Iſti vero nō ita faciūt: īmo tāq̄ ebrij ⁊ ignito amore ſuccēſi ꝯgregauerūt ⁊ aſcenderūt tres gradus generales quos in tribus aīe potentijs figuraui tibi: atqȝ tres gradus actuales quos actualiter tibi figuraui ī corpe yh̄u xp̄i crucifixi vnigeniti filij mei. Unde ex quo pedes attigerūt ⁊ aſcēderunt cū pedibus affectus aīe puenerūt ad latus ſiue coſtatū vbi ſecreta cordis agnouerūt ⁊ aque baptiſ

mum inuenerunt qui virtutem ha
bet ĩ ſanguine vbi repperit anima
gratiam in ſancto baptiſmo ⁊ ibi di
ſponitur ⁊ parat animę vas ad gra
tiam vnitam atq; concretã ſangui
ne recipiendam. Sed vbi cognouit
anima huiuſmodi dignitatem: vt eſ
ſet vnita ſiue compoſita in ſanguine
agni recipiendo ſacrum baptiſmũ
virtute ſanguinis? In eo ſtatu: ſiue
lateris vulnere: vbi cognouit ignẽ
ardentiſſime caritatis. Et ita ſi be/
ne meminiſti veritas incarnata ti/
bi manifeſtauit cum interrogaſti di
cens. Agne dulcis ⁊ immaculate tu
iam vitam in cruce finieras quan/
do latus lancea tibi fuit apertum:
quare decreuiſti tali modo percuti
atq; lancea cor tuum ita crudeliter
aperiri? Ipſe vero tibi reſpõdit hoc
eueniſſe multiplici reſpectu quorũ
aliquem illico tibi patefecit. Cũ vz
eius deſiderium erga ſalutem huma
ni generis erat ĩfinitum: ⁊ operatio
penarum illarum atq; tormentorũ
erat in ſe finita ⁊ per aliquam rem
finitum oſtendere nõ valebat amo
rem eius infinitum. Et ideo voluit
aperiri cor eius vt apertiſſime ſecre
ta cordis agnoſceretis: qꝛ proculdu
bio magis ⁊ ardentius diligebat ꝙ̃
oſtendere poterat ex aliqua pena fi
nita. Et ideo ſanguinem ⁊ aquam ĩ
de voluit effundere ſic habundãter
vt in aqua denotaretur atq; ſancti/
ficaretur ille baptiſmus aque quo
genus humanum vniuerſum a ſuis
iniquitatibus lauari atq; mundari
poſſet qui virtutem habet in effica/
cia pretioſi ſanguinis effuſi cum tã
ardenti ⁊ amoroſo deſiderio. Et in
hoc actu voluit oſtendere duplicẽ
alium baptiſmum ſanguinis vnus
eſt in his qui baptizati ſunt in ſan/
guine ſuo quem amore mei fuderũt
⁊ aque baptiſmum habere nequiue
runt. Qui ſanguis habet efficaciã
propter yeſu chriſti dilectiſſimi filij
mei ſanguinem. Alius autem ẽ ba/
ptiſmus ignis: vz eorum qui bapti/
ſmum affectuoſe deſiderant ⁊ habe
re nequeunt. Nec eſt baptiſmꝰ ignis
abſq; ſanguine: qꝛ ſanguinis eſt ve/
re conſperſus ⁊ immixtus igni diui
ne caritatis eo ꝙ ingẽti fuit amo/
re effuſus. Inſuper aliter anima re/
cipit huiuſmodi ſanguinis bapti/
ſmum figuratiue loquendo: nam qꝛ
noui fragilitatem ⁊ infirmitatẽ ho/
minum: vnde frequenter offendũt
cõmittendo grauia peccata ex quo
rum culpa gratiam ãmittunt quã
acquiſierũt in ſacro baptiſmate vir
tute ſanguinis. Ad quam tamẽ cul/
pam cõmittendam homines inuiti
non impellũtur ab infirmitate: nec
ab aliqua creatura: niſi ſponte con/
ſentire velint vt iam dixi tibi. Ideo
vt ipſi poſſint ipſam gratiam perdi
tam anime ſue recuperare ac in ipſa
quottidie pſeuerare ſinceriſſima di
uina caritas mea gratioſe prouidit
vt iugiter homines baptiſmum ſan
guinis haberent quem vtiq; recipi
unt ex contritione cordis in ſancta
confeſſione: vz confitendo peccata
ſua miniſtris meis quibus ego cõ/
miſi clauem huiuſmodi ſanguinis.
Quem vtiq; ſanguinem in abſolu/
tione peccatorum effundunt in faci

es animaruȝ quo lote reſtituuntur ad gratiaȝ. Et ſi forte nequirent habere confeſſorem: vt in omnibus caſibus creaturis meis occurrat prouidentia mea ſufficit habere contritionem in corde cum propoſito confitendi ſi poterit. Tunc ergo manꝰ exoptande clementie mee fructum ſanguinis huius pretioſi largitur. Qui vero poteſt habere confeſſorem omnino volo atqȝ precipio ꝙ actualiter ipſi miniſtro meo confiteatur. Si quis autem habere poterit ꝛ acceptare noluerit omnino priuatus erit fructu ſalutiferi ſanguinis. Tamen etiam ſi in extremis tādem cōfiteri cordialiter ꝛ inueritate voluerit ꝛ non potuerit etiaȝ ad gratiam acceptabitur. Sed conſulo ne quis ita ſtulte procedat in vita ſua ꝙ ad hanc extremitatem adducatur: qꝛ magno periculo ſemetipſum exponit. Nō eſt.n.aliquo modo tutus ꝙ non propter obſtinationem ſuaȝ diuina iuſtitia mea dicat ei. Tu mei non fuiſti memor in vita quādo potuiſti: ꝛ ego tui obliuiſcar in morte. Itaqȝ nemo debet ianiter āmittere ſalubre tempus differendo remedia ſue ſalutis. Si tamen ex negligentia ſua diſtulit vſqȝ dum viuit ōmittere nullo modo debet i ſpe ſanguinis huius pretioſi ſemetipſm iſto modo baptizare. Itaqȝ vides in ſalutem animarum veſtrarum huiuſmodi baptiſmum humano generi continuū eſſe gratioſe conceſſum. In hoc ergo baptiſmo cognoſcere potes operationem filij mei: vȝ penaȝ crucis fuiſſe finitam: fructus vero pene, quem per eum recepiſtis eſt infinitus. Et hoc accidit virtute diuine nature que infinita eſt vnita cuȝ natura veſtra humana que finita ē Que natura humana ſubſtinuit penam in verbo meo veſtra humanitate veſtito. Sed quoniam eſt inſerta ꝛ vnita vna natura cū altera traxit ad ſe penam eterna deitas quaȝ iñ cruce ſuſtinuit ineſtimabili caritate. Ideo pena talis ꝛ operatio dici pōt infinita non ꝙ in ſe pena fuerit infinita: nec actualis iñ corpore: nec etiam in anime deſiderio quod habebat implendi redemptionem humani generis: qꝛ terminata fuit ī cruce cū anima diſceſſit ꝛ fuit a corpore ſeperata. Sed fructus qui procesſit a pena ꝛ deſiderium veſtre ſalutis extēditur in infinitum ꝛ ideo infinito modo recepiſtis: qꝛ ſi fructꝰ non eſſe infinitus non fuiſſet in gratia reſtitutum vniuerſuȝ genus humanum: vȝ preteriti preſentes ꝛ futuri. Nec etiam homines qui iugiter offendūt poſt offenſam: ab ea releuari poſſent ſi tale baptiſma ſanguinis in vobis: infinito fructu careret. Hoc ipſe filius meꝰ vobis apte patefecit i ſui ſacratiſſimi lateris apertura vbi ſecreta cordis inuenire potes: oſtendendo ꝙ magis vos atqȝ ſalutem veſtram amat ꝛ optat q̄ȝ cum aliqua pena finita demonſtrare potuerit. Oſtendi tibi fructū iſtum infinitum. Cum quo. Cuȝ baptiſmate ſanguinis iuncto cuȝ igne diuine caritatis: qꝛ cum inextimabili amore fuit effuſus ꝛ i generali baptiſmo chriſtianis exhibito. Et oībꝰ

qui volunt aqua baptizari que pro culdubio vnit ignito ſanguini vbi anima ſe purgat ⁊ cōponitur vt panis aqua. Et vt hec aperte cognoſcerentur voluit ipſe filius meus vt a latere ſuo ſacratiſſimo ſanguis efflueret vna cum aqua.

Quomodo voluntas propria in anima mortua ſignū verum eſt ꝙ ipſa peruenerit ad os: vz ad tertiū gradū ſuprascripti pōtꝭ. Cap lxxvi.

OMnia que narraui tibi nūc prius audiſti ab vnigenito filio meo: ſed i perſona ſua volui tibi replicare vt apertius videres excellentiam vbi eſt anima que iam aſcēdit iſtum ſecundum gradū vbi cognoſcit ⁊ acquirit ineffabilem amoris ignem quo ſuccenſa ſubito currit ad tertium gradū: videlicet ad os. Et ibi manifeſte demonſtrat ad ſtatum perueniſſe perfectum. Unde pertranſiuit per medium cordis vz cum memoria ſanguinis in quo baptizata fuit amorem imperfectū deſerendo. ex illa notitia quam attraxit ab amore cordiali guſtando videndo ⁊ intelligendo ignem intēſe mee caritatis. Tales vere peruenerunt ad os. Ideo demonſtrant: oris officium exercentes. Loquitur n. os cum lingua quam infra ſe continet. Guſtus vero guſtat. Os inſe retinet atqꝫ ſtomaco porrigit: dētes quoqꝫ conterunt cibum quoniā aliter īgeri: neqꝫ digeri poſſet: Sic anima primo loquitur mihi cū lingua que conſiſtit in ore ſancti deſiderij: vz lingua deuote atqꝫ continue orationis. Iſta lingua loquitur actualiter atqꝫ mentaliter. Loquit actualiter ānunciando mee veritatis euāgelicam doctrinam: vz monendo: conſulendo ⁊ abſqꝫ timore quocunqꝫ confitendo: contemnendo penam quancunqꝫ mundus ei minaretur ſiue poſſet inferre: ſed audatia ſancta confitetur coram omnibus varijs modis vt vnicuiqꝫ viderit expedire. Mentaliter vero loquitur offerendo mihi dulcia ⁊ amoroſa deſideria in ſalutem animarum. Inſuper animarum cibum accipit atqꝫ comedit ſuper menſa ſanctiſſime crucis ad honorem mei quoniā aliter: vel in alia menſa non poſſet illū in veritate perfecte comedere. Dixi ꝙ huiuſmodi cibum dentibus conterit: aliter. n. illum ingerere ſiue digerere non valeret dētibus: vz odij ⁊ amoris. Que duo ſunt ordines in ore ſancti deſiderij dentium vbi detinetur iſte cibus conterendo cum odio ſui ⁊ amore virtutum in ſe pariter ⁊ in proximo ſuo: conterit vilipendendo quālibet iniuriam ⁊ omnes contumelias: deriſiones: improperia: ⁊ perſecutiones vndecunqꝫ ꝑueniant: virtuoſe tollerando famē: ſitim: calores: ⁊ frigora cum penis ⁊ anxijs deſiderijs lachrimis atqꝫ ſudoribus in ſalutem animarū. Hec omnia ⁊ alia plurima conterit atqꝫ deglutit amore mei ſubportando caritatiue proximum ſuum. Poſtqꝫ autem ita contriuit: guſtus auide guſtat ſaporans fructum laborum dulcium ⁊ amenitatem cibi anima/

rum: illum in ſincera ꝛ ignifera ca/
ritate mei ꝛ proximorum ſuorum af
fectuoſe guſtando. Et ita cibus iſte
peruenit ad ſtomachum qui ex deſi
derio ſalutis animaruꝫ valde fame
ſcebat ꝛ huiuſmodi cibum optabat
vꝫ ꝙ ſtomachus amoroſi cordis cuꝫ
ameitate atq̃ ſinceriſſima caritate
ꝓximi ſui ruminare delectatur. In
tantuꝫ ꝙ omnino perdit proprie vi
te corporalis teneritudinem ꝛ affe/
ctionem: vt ipſum cibum ĩ mẽſa cru
cis atq̃ doctrine yeſu chriſti ſumptũ
ingerere pariter ꝛ virtuoſe digereꝛ
valeat. Tunc impinguatur anima
in veris atq̃ realibus virtutibus ꝛ
ex habundantia cibi repletur in tã
tum ꝙ veſtimentum exterius pro/
prie ſenſualitatis: i deſt corpꝰ quod
animam contegit crepando ſcindi/
tur quantum ad ſenſitiuum appeti
tum. Qui vero crepat omnino mo/
ritur. Ita ſenſitiua voluntas illico
mortua remanet. Et hoc ẽ ex eo quo
niam anime voluntas ordinata vi/
uit in me voluntatem meam in om
nibus induta ꝛ ex hoc illa ſenſitiua
mortua fuit. Hoc igitur eſt verum
ſignum ꝙ anima peruenit ad gra/
dum tertium oris: qꝛ vꝫ occidit ĩ ve
ritate ꝓpriã voluntatem qñ guſta/
uit mee caritatis affectũ ꝛ ideo rep/
perit in operẽ pacẽ ꝛ quietem anime
ſue. Noſti ꝙ in ore pax exhibeẽ. Sic
in iſto tertio ſtatu paceꝫ inuenit: ita
ꝛ taliter vt nemo eam turbare vale
at ꝓ eo ꝙ perdidit ꝛ abnegauit vo
luntatem propriam que prebet vti/
q̃ pacem ꝛ quietem anime que no/
uit illam occidere. Tales virtutes
pariunt abſq̃ pena ſuper proximũ
ſuũ: non ꝙ pene non ſint eis pene:
ſed voluntas que mortua ẽ non eſti
mat eas ad penaꝫ: quia voluntarie
tollerat amore mei cum iocundita/
te quadã. Iſti ſine quacunq̃ negli
gentia currunt per viam ſaluberri
me doctrine yeſu chriſti crucifixi: nec
ex iniuria ſibi facta ſine perſecutio/
ne quacunq̃ ſine quibuſdam mun/
di delicijs iter ſuuꝫ aliquo modo re
tardant: ſed omnia tollerant cum ꝑ
ſeueranti fortitudine. Et ſuccenſi ca
ritatis affectu guſtant cibum ſalu/
tis animarum cum vera patientia:
que patientia ſignum eſt in verita/
te demonſtratiuum: ꝙ anima perfe
cte diligat abſq̃ reſpectu proprie cõ
moditatis: qꝛ ſi me diligeret ꝛ proxi
mum ex vtilitate propria eſſet ipa/
tiens ambulãdo remiſſe cum negli/
gentia. Sed qꝛ tales me diligunt ꝓ
pter me quia ſumma ſuꝫ bonitas ꝛ
amari dignus ꝛ ſe propter me dili/
gunt: ꝛ proximum ſum ſimili modo
propter me vt exhibeant laudem ꝛ
gloriam nomini meo: ideo fortes at
q̃ perſeuerantes exiſtunt ad omnia
tolleranda cum vera patientia.

De operibus anime poſtq̃ tertiũ
gradum aſcendit. Capi. lxxvij.

Hec ſunt ille tres glorioſe virtu
tes ĩ vera caritate fundate q̃ cõ
ſiſtunt in ſummitate arboris ipſius
affectuoſe caritatis: vꝫ patiẽtia for/
titudo: atq̃ ꝑſeuerantia q̃ cũ lumine
ſanctiſſime fidei coronanẽ. Cuꝫ quo
lumine ſine tenebris ambulãt valde

velociter per veritatis viam ⁊ in al
tum extollitur ex deſiderio ſancto.
Et ideo nemo poteſt eam offendere
neqꝫ demones cum ſuis temptatio/
nibus:qꝛ timent animam igne cari
tatis accenſam:nec hominum iniu/
rie ſiue detractiones:imo q̄uis iſte
mundus eos iniuſte perſequatur ta
men eos valde metuit.Jta mea bo/
nitas operatur ⁊ vult:vt in conſpe/
ctu meo magnificentur ac etiam in
mundo fortificentur:q̄m ex humili
tate ſe paruulos effecerũt:⁊ ego ma
gnificaui eos ĩ me vita durabili ac
etiam in corpore miſtico ſancte ma/
tris eccleſie vbi fit quottidie vene/
randa memoria de ipſis:qꝛ nomina
eorum in me libro vite ſcripta repe
riuntur.Jtaqꝫ mundus eos habet ĩ
reuerentiam eo ꝙ ipſum vilipendẽ
do cõtempſerunt.Jſti non ex timo/
re:ſed ex humilitate virtutez abſcõ/
dunt.Et ſi fuerit opus in aliquo ꝓ
ximo ſuo ſubueniendo ſeruire nõ ſe
ſubtrahũt ex timore laboris:vel ali
cuius pene ſiue dubitando perdere
conſolationem propriam:imo virili
ter atqꝫ fideliter ei ſeruiunt de ſe ñ
curantes:imo ſe valde contemnen/
tes:vt ipſi proximo ſuo ſeruire vale
ant. Qualitercunqꝫ tempus ⁊ vitã
ſuam exerceant in honorem meum
exultant ⁊ habent in mẽte ſua quot
tidie quietem atqꝫ tranquillam pa
cem.Et hoc vnde procedit.Qꝛ non
eligunt mihi ſeruire modo ſuo:imo
ſicut placet mihi. Et ideo tãtum ap̄
tiant tempus conſolationis q̄ tri/
bulationis: tantum proſperitatem
quantum aduerſitatem:tantum cu
rant de vna quantum de altera:q̄m
vbiqꝫ ⁊ in omnibus his talis inue/
nit ſanctam voluntatem meaz ⁊ ip/
ſe nil aliud optat niſi vt cum ea con
formitatem habeat vbicunqꝫ reppe
riat eam.Jn qua voluntate cogno/
uit:qꝛ nihil abſqꝫ me factum eſt ⁊ cũ
miſterio ⁊ cum mea diuia prouidẽ/
tia niſi peccatuz quod nihil eſt. Vn
de ſolummodo peccatum odiunt ce
tera vero cũ reuerentia ſuſcipiunt.
Et ideo ſunt ita ſtabiles ⁊ firmi per
viam veritatis ambulantes:neqꝫ te
peſcunt in ſeruitio proximorum: i/
mo fideliſſime ſeruiunt omnibus iu
xta poſſe:nec attendunt ignorantiã
vel ingratitudinem aliquorũ. Nec
etiam quanuis aliquando peruer/
ſus vel vitioſus homo ſibi dicat in/
iuriam redarguẽdo opera ſua:õmit
tunt effundere preces pro eo corã me
magis affligendo ſe propter offen/
ſam meam atqꝫ detrimẽtum anime
proximi q̄ de iniuria propria. Jſti
dicũt cuz glorioſo precone meo pau
lo.Mundus maledicit ⁊ nos bene/
dicimus:ipſe nos perſequitur ⁊ nos
cum patientia ⁊ gratiarum actiõe
ſuſtinem⁹ blaſſemamur ⁊ obſecra
mus tanq̄ purgamenta mundi hu
ius facti ſum⁹. Jtaqꝫ vides dilectiſ/
ſima filia iſta ſigna:ſed precipue ſu/
pra cetera virtutem patiẽtie ꝑ quã
apertius anima demonſtrat in ve/
ritate profeciſſe ab imperfectiõe ad
amorem perfectum ſequendo dulcẽ
⁊ imaculatum agnum vnigenitum
filium meum qui dum eſſet in cru/
ce clauis ibidez affixus amoris nul
lo modo ſe retraxit ob inſultũ ⁊ im/

properium iudeorum ei dicentium. Deſcende nūc de cruce credemuſq3 tibi. Nec etiam propter ingratitudinem aliorum quin iugiter in obedientia quam impoſueram ei perſeueraret cum tanta patientia q̄ vox alicuius murmuris non fuit ab ore ſuo audita. Similiter iſti dilectiſſimi filij mei ſequuntur doctrinā atq3 veſtigia mee veritatis. Et quantuis iſte mundus ipſos retrahere velit a recto tramite blanditijs vel minis ipſi tamen in hoc itinere ſuo nō retardant: vel ab ipſo retrocedunt: imo ſolummodo reſpiciunt in mee veritatis obiectū. Iſti nolunt a cāpo belli retrocedere neq3 redire domum vllatenus volūt ad tunicam iam ōmiſſam proprie complacentie repetendam: q2 vz amplius timere ſolebant creaturas q̄ me creatorē: imo delectabiliter valde conſiſtunt iugiter in prelio repleti z ebrij ſanguine yeſu chriſti crucifixi: quē ſanguinem antepoſuit vobis affectuoſa mea caritas in apotecha miſtici corporis eccleſie ſancte: vt animētur illi qui cupiunt eſſe veri milites ad pugnandum contra propriam ſenſualitatem carnalem z fragilem: atq3 contra mundum z aduerſātem diabolum cū gladio z enſe odij predatorum vitiorum ſuorum z amore virtutum. Qui amor velut armatura valida reparat atq3 deffendit eos ab ictibus z vulneribꝰ vniuerſis ita q̄ minime nocere poſſunt niſi deponant armaturam ipſam pariter z gladium z in manibus inimicorum ſuorum exponant: vz manu liberi arbitrij ſuccumbendo voluntarie ſuis inimicis Non ita faciunt iſti qui ſanguine ſunt ebrij: ſed vſq3 ad mortem virtuoſe perſeuerāt vbi recipiunt omnes inimici ſui confli ctum. O glorioſa virtus quantum es mihi quottidie grata reſplendēs in mundo in oculis tenebroſis ignorantium hominum qui declinarē nequeunt quin amabilē ducem participent amicorum meorum. Nam in eorum odio clementia relucet quam ſerui mei diligunt atq3 procurant i deſeſſe ſalutem eorum. In eorum inuidia relucet affectuoſa caritas z i crudelitate pietas. In iniuria quoq3 relucet vera patientia que glorioſe dominatur: atq3 dominium i manu pacifice tenet omnium virtutū: quoniam ē vtiq3 medula caritatis. Ipſa nāq3 demonſtrat aperte ſi virtutes in anima ſunt in me vere fundate. Ipſa quottidie triumphat ex omnibus nullo tempore ſuccūbēs. Nam iugiter eſt aſſociata fortitudini ſimul z perſeuerantie ſicut dictū eſt. Ipſa domum omni tempore cū glorioſo triumpho redit z egrediens a campo preliorum in cōſpectu meo ſe repreſentat. Et q2 ſum omnium laborum amicorū meorum valde gratioſus remunerator recipiūt a me coronam glorie.

De quarto ſtatu qui tamen non eſt a tertio ſeparatus z de operibus aīe q̄ ad ipm p̄uenit. Capi. lxxviij.

Ttenſq3 tibi dixi quomodo demonſtrant hoies ſe p̄fectionē

amoris amici atqꝫ filialis attigiſſe:
nunc autem volo tibi narrare bre/
uiter in quanta conſolatione me gu
ſtant exiſtentes adhuc in ſuo morta
li corpore. Cum .n. attigerunt ſtatū
illum tertium: vt iam dixi tibi ac/
quirunt ſibi quartum qui tamen a
tertio non eſt diuiſus vel ſeparatus
ſed eſt vnitus ei: nec vnus eſt abſqꝫ
reliquo prout eſt mea caritas cum
caritate proximi. Sed eſt vnus fru/
ctus egrediens ab iſto tertio ſtatu:
cuiuſdam vnionis valde perfecte
quam anima facit in me vbi forti/
tudinem: vltra fortitudinem acqui
rit: ita vt non ſolummodo cum pa/
tientia tolleret aduerſa quecunqꝫ:
verumetiā anxie deſiderat ad lau/
dem: ⁊ gloriam mei nominis omnia
ſuſtinere. Iſti gloriantur in obpro/
brijs vnigeniti filij mei: vt ait apo/
ſtolus paulus glorioſus preco meꝰ.
Libenter gloriabor in infirmitati/
bus meis: vt inhabitet in me virtꝰ
chriſti. Et alio loco. Mihi autem ab
ſit gloriari niſi in cruce domini mei
yeſu chriſti. Ego nanqꝫ ſtigmata do
mini mei yeſu chriſti ī corpore meo
porto. Similiter iſti tanqꝫ de hono/
re meo philocapti ⁊ veluti famelici
animarum cibum eſurientes velo/
ciſſime currunt ad menſam ſanctiſ/
ſime crucis exoptantes affectuoſo
deſiderio penas quaſcunqꝫ tollera/
re: proximo vtilitatem afferre: vir/
tutes acquirere atqꝫ conſeruare: ſti
gmata yeſu chriſti portando iugi/
ter in corporibus eorum: videlicet
quia cruciatus amor quem in cor/
de geſtant etiam in corpore relucet
Vilipendendo ſemetipſos ⁊ ꝑ ma/
gna delectatione ſua gloriantes in
penis: obprobrijs atqꝫ moleſtijs: vn
decunqꝫ proueniant ſiue qualiter/
cunqꝫ mihi placet eis concedere hu
iuſmodi cariſſimis amicis meis pe/
na eſt vtiqꝫ cōſolatio: delectatio ve
ro labor eſt eis. Et conſolationem
omnem ſiue delectationem quam
mundus eis exhibere vellet ipſi cō
temnunt: nec acceptare dignantur.
Neqꝫ ſolummodo cōſolationes mū
di: nam ego interdum concedo ꝙ
ſerui mundi eos habeant in reuerē/
tiam atqꝫ ſubueniant opportunita
tibus eorum: ſed etiam conſolatio/
nes quas ego pater eternus anima
bus eorum in fundo ex humilitate
⁊ odio ſancto ſui contemnunt. Non
quidem contemnunt conſolationē
atqꝫ gratiam meam: ſed delectatio/
nem quam anime deſiderium inue
nit in ipſa conſolatione. Hoc .n. ac/
cidit ex virtute vere humilitatis
quam acquiſierunt in odio ſancto
que quidem humilitas eſt baiula ⁊
vera nutrix caritatis acquiſita ī ve
ra cognitione ſui pariter ⁊ mei. Ita
que vides virtutem atqꝫ ſtigmata
yeſu chriſti fulgere in corporibus
atque mentibus eorum. Talibus
ego concedo me nunqꝫ ſeparari per
ſenſum ab eis prout ab alijs: ego di/
xi tibi ꝙ ibam: ⁊ redibam ad eos

diſcedendo non per gratiaꝫ:ſed per
ſentimentum. Non igitur ita facio
cum perfectiſſimis iſtis qui perue/
nerunt ad magnam perfectionem
qui virtuoſe mortui ſunt ad omnes
voluntatem propriam: ſed iugiter
in animabus eorum requieſco per
gratiam atqꝫ ſentimentum. Hoc ē
ꝙ quandocunqꝫ mens eorum vniri
vult in me per affectuꝫ amoris agil
lime poſſunt quia deſiderium eorū
eſt mihi vnitum ita perfecta vnio/
ne ꝙ nullo modo ſeparari poteſt.
Sed eis omnis locus eſt locus ⁊ om
ne tempus eſt eis tempus oratōnis
quia conuerſatio eorum eleuatur a
terra ⁊ aſcendit in celū: quia vꝫ om
nis terrenus affectus: ⁊ amor pro/
prius ſenſitiuus eorum ablatus eſt
ab eis. Aſcenderunt ſuper ſe in alti/
tudinem celi cum ſcala virtutum ⁊
aſcēderunt illos tres gradus quos
figuraui fore in corpore vnigeniti
filij mei. Nam expoliauerunt in pri
mo gradu affectum pedum ab amo
re vitiorum. In ſecūdo vero guſta
uerunt ſecretum ⁊ affectum cordis:
vnde conceperunt amorem in vir/
tutibꝰ. In tertio vero pacis ⁊ quie/
tis in mente probauerunt in ſe vir/
tutem ⁊ ōmittentes amorem imper
fectum attigerunt ad magnam per
fectionem ⁊ ibi receperunt quietem
in doctrina mee veritatis. Inuene/
runt vtiqꝫ menſam cibum atqꝫ ſer/
uitorem. Quem cibuꝫ in mente gu
ſtant mediante doctrina yeſu chri/
ſti crucifixi vnigeniti filij mei. Ego
ſum eis lectus atqꝫ menſa: verbum
vero dulce omni ſuauitate plenum
eſt eis cibus: tum quia cibum ani/
marum guſtant in iſto glorioſo ver
bo: tum quia vobis a me datus eſt
in cibum dum vꝫ in altari recipitis
in venerabili ſacramento carnem ⁊
ſanguinem eius in quo deus ⁊ ho/
mo veriſſime continetur. Iſte cibus
optabilis a mea bonitate datus eſt
vobis dum eſtis viatores atqꝫ pere
grini: vt ex imbecillitate nō deffi/
ciatis in via ⁊ ne memoriam huius
pretioſi ſanguinis pro vobis effuſi
cum excellentiſſima caritate trada
tis obliuioni: ſed iugiter in me con/
fortemini ⁊ in itinere veſtro quoti/
die cum delectatione refocilemini
atqꝫ conualeſcatis. Sanctus vero
ſpiritꝰ affectuoſa caritate ſeruit eis
in qua dona pariter ⁊ gratie mini/
ſtrantur. Iſte ſeruitor gratus ⁊ val
de dulcis portat iugiter ⁊ adducit.
Adducit ⁊ offert amoroſa: penoſa: ⁊
dulcia deſideria ⁊ illis affert fructū
diuine caritatis: fructum labo/
rum ſuorum in animabus ipſorum
quottidie guſtant ſemetipſos nu/
triendo de dulcedine mee diui/
ne caritatis. Item vides ꝙ ego
menſa ſum illis: filius vero me/
us vere eſt cibus ſpiritus quoque
ſanctus a me procedens ⁊ a filio
meo ſeruit eiſdem. Ergo per ſenti/

mentum quottidie me poſſident in
mente ſua. Et quāto magis delecta/
tionem habere contempſerunt eli/
gentes ⁊ optantes propter me penā
habere magis priuati ſunt omni pe
na, ⁊ delectationem ſuauiſſimam in
uenerunt. Et hoc accidit: qꝛ ſunt in
mee caritatis ardore ſuccenſi ⁊ igni
ti vbi voluntas eorum est omnino
conſumpta: quare diabolus valde
metuit bacculum caritatis ipſorū.
Ideo ſagittas ſuas iactat a remotꝭ
nec audet eis adherere. Mundꝰ ve
ro percutit exteriorem corticem cor
poris eorum putans eos offendere
ſed ipſe ab eis offenditur: qꝛ ſagitta
que non inuenit vbi poſſit intrare
illico redit ad ſagittātem. Ita mun
dus operatur cum ſagittis iniuria/
rum perſecutionum atqꝫ murmura
tionum ſuarū ſagittare volens iſtos
perfectiſſimos ſeruos meos: ſed eis
nocere nō valet. Nam ortus anima
rum eorum eſt valde clauſus ⁊ non
inuenit vbi poſſit intrare. Ideo ſa/
gitta redit ad eum qui ſagittauit
veneno culpe venenata: ſeruos au/
tem ⁊ amicos meos nullo modo le/
dere poteſt. Et ſi forte modicum in
corpore ledat animam vero vel in
minimo ledere non poteſt. imo bea/
ta ſimul ⁊ doloroſa conſiſtit. Beata
quidem eſt propter vnionem ⁊ affe/
ctum caritatis quam habet in ſe: do
loroſa vero propter offenſam proxi
mi ſui. Iſti ſequuntur agnum ima/
culatum vnigenitum filium meuꝫ
qui cum eſſet i cruce beatus erat at
qꝫ doloroſus. Beatus erat qꝛ natu/
ra diuina vnita cum humana natu
ra penam in nullo ſubſtinere pote/
rat ⁊ ſemper animam eius beatam
efficiebat abſqꝫ velamine ſe demon/
ſtrando ſibi. Doloroſus autem erat
eo qꝛ crucem in corpore ſuo porta/
bat penam amariſſimam tolleran/
do atqꝫ deſiderij crucem: vt pro cul/
pa ſatiſfacere humane generatio/
nis. Ideo beatus erat atqꝫ doloro/
ſus eo qꝛ caro penam habebat dei/
tas vero penam habere nequibat:
nec etiam anima quantum ad ſupe
riorem partem intellectus. Sic iſti
dilectiſſimi filij mei poſtqꝫ ad terti/
um ⁊ quartum gradum attigerunt
doloroſi ſunt crucē tollerātes actua
lem atqꝫ mentalem: vꝫ actualiter i
corpore ſuo tollerando penas: vt eis
ego permitto ſimul ⁊ crucem deſide
rij doloris: vꝫ ⁊ amaritudinis ex of/
fenſione mea ⁊ animarum detrimē
to. Beati quoqꝫ ſunt eo qꝫ illa dele/
ctatio ⁊ dilectio caritatis ab eis au
ferri nullo modo poteſt que procul
dubio illos beatificat: vnde recipi/
unt in ſe gaudium ⁊ beatitudinem.
Et ideo dolor iſte non eſt affligitiuꝰ
qui deficeret. vel affligat animam: ſed
impinguatiuus qui vꝫ facit animā
impinguare in affectu caritatis: qꝛ
pene virtutem augent atqꝫ fortifi/
cant ⁊ virtutum operantur experi/
entiam. Itaqꝫ pena talibus eſt im/
pinguans ⁊ non affligens eo qꝛ nul
la pena ſiue dolor animaꝫ huiuſmo
di ab igne caritatis amouere poteſt
vt apparet in titione qui totus eſt
ignitus ⁊ in fornace conſumptus
quem nemo poteſt manu continge
re pro extinguendo: qꝛ totus factus

eſt ignis. Sic iſtas animas in forna/
ce mee caritatis ignitas eo ꝙ ex eis
nihil extra me remanet: vꝫ nulla ꝓ
pria voluntas: ſed omnino totaliter
in me ſuccenſe ſunt ⁊ ignite: nullus
caper poteſt: nec illas a gratia mea
diuellere qꝛ facte ſunt vnite mecum
⁊ ego cum eis. Nec vnq̄ ab eis ego
me ſubtraho per ſenſum: imo quot/
tidie mens eorum in ſe me poſſidet
atqꝫ ſentit. Non.n. accidit eis prout
alijs de quibus iam tibi dixi ꝙ ibaꝫ
⁊ redibam diſcedens ⁊ ſubtrahens
me ab eis non per gratiam: ſed per
ſentimētum. Et hoc agebam vt ipſi
pertingerent ad perfectionē. Poſt
q̄ autem ſtatum perfectionis atti/
gerunt ab eis auffero ludum amo/
ris: vꝫ eundi ⁊ redeundi qui vocat
amoris ludus. Nam ex amore diſce
do ſiue me ſubtraho ⁊ ex amore po/
ſtea redeo. Non ego proprie: quoni/
am ego ſum deus veſter immobilis
qui non mutor: ſed ille ſenſus quem
in anima mea caritas exhibet ē ille
qui vadit ⁊ redit.

**Quomodo deus ab his perfectiſſimis nunq̄ diſcedit per gratiā: nec per ſenſum. Capi lxxix.**

Et ſequitur glo. Ray. confeſſoris. ſ.
Nota ꝙ iſte ſtatus ē ille in quo erat
iſta benedicta virgo caterina de ſe/
nis: vt oculi nr̄i viderūt aptiſſime.

VIri ꝙ ab his perfectiſſimis
nunq̄ per ſenſum me ſubtra
ho tamen aliquo modo me ſubtra/
ho quoniam anima que adhuc eſt i
corpore ligata ſufficere nullo modo
poteſt in ſe recipere iugiter vnionē
illam quam in anima facio. Et ideo
qꝛ non ſufficit aliquando me ſubtra
ho non per gratiam neqꝫ per ſenſuꝫ
ſed per vnionem. Nam exurgentes
huiuſmodi anime cum anxio deſide
rio velociſſime currentes virtuoſe p
pontem doctrine yeſu chriſti cruci/
fixi peruenerunt ad ianuaꝫ mentis
earū in me leuantes madefacte ſan
guine: pariter ⁊ ebrie: igne caritatis
ex vſte guſtant in me deitatem eter
nam. Hoc eſt.n. illis vnuꝫ mare pa
cificum vbi fecit anima tantā vnio
nem ꝙ illa mens omnino nullū mo
tum habet niſi ſolum in me. Et exi/
ſtens in ſtatu mortalium in verita/
te guſtat bonum in mortalium. Et
exiſtēs in corpore ponderoſo habet
agilitatem ſiue leuitatem ſpiritus:
vnde frequentiſſime corpus eleuat
a terra propter vnionem perfectaꝫ
quam anima fecit in me: quaſi gra/
uedo corporis iam haberet in ſe do
tem agilitatis quaꝫ in vita durabi
li ſancti poſſident. Tamen huiuſmo
di corpus non caret grauedine ſiue
ponderoſitate ſua: ſed vnio quā ani
ma fec t ī me pfectior eſt q̄ ſit vnio
que cōſiſtit inter animā ⁊ huiuſmo/
di corpus. Et ideo propter violenti
am ſpiritus aſcendentis ⁊ in me ta/
liter vniti eleuat a terra grauedo
corporis. Corpus vero manet i ſen/
ſibile ſine viribus ex toto quaſi lace
ratum ab affectu ſpiritus in tantuꝫ
ꝙ ſicut ipſa vere percepiſti nō eſſet
in vita corporali poſſibile viuere ni
ſi mea bonitas noua fortitudine cir
cularet. Quare volo te noſce ꝙ val

Ac maius miraculuȝ eſt in hac vnio
ne ꝙ anima non ſeparatur a corpo/
re ſuo ꝙ̄ videre ſuſcitari plura cor/
pora mortuoruȝ. Et ideo quandoqꝫ
me ſubtraho per vnionem faciens
animam ad vaſculū ſui corporis ab
hac vnione redire: vȝ vt ſenſus cor/
poris qui totus alienatus erat per
affectum anime redeat ad propriuȝ
ſenſum ſine ſentimentū. Non ꝙ ani
ma totaliter a corpore ſepetur: quo
niam hoc in morte ſolummodo fit.
ſed anime potentie diſcedunt ꝓpter
amoreȝ vnitum in me: vnde memo
ria ſolummodo de me ſe repletam ī
uenit. Intellectus eleuatur ſolūmo
do ſpeculando mee veritatis obie/
ctum. Affectus vero qui ſequitur ī
tellectum amat illud quod intelle/
ctus vidit: ⁊ vnitur cum illo. Con/
gregatis igitur: ⁊ vnitis īſimul his
tribus anime potentijs ⁊ in me ſub
merſis atqꝫ ſuffocatis corpus illico
perdit ſenſuȝ ſuum. Nam oculus vi
dendo non videt. Auris audiendo
non audit. Manus tangendo non
tangit. Lingua loquendo nō loqui
tur: niſi prout ex habundantia cor/
dis aliquando permitto lingue mē/
bruȝ eloqui: pro ꝙ̄ tali reſpiratione
vel exalatione cordis ⁊ ad laudem
⁊ gloriaȝ mei nominis. Itaqꝫ loquē
do non loquitur. Pedes ambulan̄
do non ambulant. Omnia mēbra
ſunt occupata pariter ⁊ ligata cum
ligamine atqꝫ ſenſu dilectōis ⁊ amo
ris. Unde ſunt ita ſubdita rationi ⁊
vnita cuȝ affectu anime ꝙ quaſi cō
tra naturam ſuaȝ viua voce clamāt
ad me patrem eternuȝ ⁊ optant ab
anima ſeparari ſimiliter ⁊ a corpo/
re ſeparari d̄ſiderat anima. Et ideo
iugiter ante me cuȝ apoſtolo Pau
lo clamāt. O infelix homo quis me
liberabit a corpore mortis hui⁹. Ui
deo aliam legem in membris meis
contradicentē legi mentis mee. Nō
tantummodo paulus ita dicebat d̄
impugnatione carnis contra ſpiri/
tum: nam in̄ verbo meo certificat⁹
fuerat cum audiuit. Paule ſufficit
tibi gratia mea. Sed ideo dicebat:
qꝛ ſe videbat in vaſculo corporis eē
ligatumqꝫ ad tempus cuȝ impedie
bat a viſione mea: vȝ vſqꝫ ad horam
mortis. Oculus erat ligatus ⁊ im/
peditus vt me trinitatem eternam
videre non poſſet viſione beatorum
immortalium qui me quottidie lau
dant: atqꝫ glorificant meo nomini
benedicentes: imo ſe repperiebat in
ter mortales qui me iugiter offēdūt
priuatus viſione mea beatifica: vȝ ī
eſſentia mea. Non ꝙ ipſe ⁊ alij ſerui
⁊ amici mei non videant atqꝫ degu
ſtent me non quideȝ in eſſentia: ſed
in affectu caritatis diuerſis ⁊ varijs
modis vt bōitati mee placet eis me
manifeſtare. Sed omnis viſio quaȝ
habet anima de me dum eſt imorta
li corpore nimis eſt valde tenebro/
ſa reſpectu eius quam habet a cor/
pore ſeparata. Itaqꝫ paulo videba/
tur ꝙ viſio corporalis: ⁊ exterior im
pediret ⁊ impugnaret viſionem īte
riorem atqꝫ ſpiritualem. Uoluntas
ei videbatur ligata: quia nequibat
amare quantuȝ amare peroptabat
quoniam omnis amor in vita p̄ſen/
ti eſt imperfectus: vſqꝫ quo perue/

rerit ad ſuam perfectionem. Nõ ꝙ
amoꝛ pauli: ⁊ alioꝛum ſeruoꝛũ meo
rum imperfectus extiterit ad grati
am: ⁊ ad perfectionem vere carita/
tis: qꝛ proculdubio perfectus erat:
ſed in hoc erat imperfectus eo ꝙ in
amoꝛe ſuo ſacietate carebat quare
penam inde ſentiebat. Si.n. eius de
ſiderium plenũ extitiſſet eius qđ
amabat nullam inde penaȝ habuiſ
ſet. Quoniam igitur amoꝛ in coꝛpo
re moꝛtali non habet perfecte quod
amat ex hoc affligitur. Cum autem
anima ſeparata fuerit a coꝛpoꝛe de
ſiderium impletur. ideo diligit abſ/
ꝗ pena. Et licet pleniſſime ſacietur
valde: tamen eſt omne faſtidium a
ſacietate remotuȝ. Saciata fameſcit
ſed pena quelibet eſt a fame remo/
ta. Nam anima cum a coꝛpoꝛe ſepa
rata fuerit vas eius habet vtiq; ple
num in me ſũma felicitate: ⁊ firma/
tum atq; ſtabilituȝ: ita ꝙ ipſa nihil
optare poteſt quam illico non habe
at. Deſiderans videre me quottidie
me videt ad libitum deſiderans vi
dere gloꝛiam atq; laudem nominis
in ſanctis meis ipſa videt eaȝ vltra
ꝗ verbo poſſit exprimi tum in an/
gelica natura: tum in humana.

Quomodo mundani deo grati/
as reddũt velint nolint.
Capi.lxxx.

ET anime beate tanta eſt viſio
perfecta ꝙ ne dum in ciuib⁹
exiſtentibus in vita durabili: ſed eti
am ĩ creaturis vite moꝛtalis videt
laudet atq; gloꝛiam nominis mei:
quia velit nolit iſte mundus infim⁹
mihi gloꝛiam exhibet verum eſt ꝙ
illam non exhibet eo modo quo de/
bet ⁊ obligatur: amando me ſuper
omnia. Sed ex parte mea recipio ⁊
extraho gloꝛiam atq; laudem nomi
ni meo. Nam in hominibus relucet
habundantia caritatis atq; miſeri/
coꝛdie mee dum eos ad penitentiaȝ
expecto tempus eis accommodan/
Tamen inciperẽ volo a prima ſpecie lachrimarum de qua tibi feci mentionem in principio: vȥ illorum qui miſerabiliter in mũdo viuunt: in corde ſuo fabricantes ſibi deum de rebus creatis in mũdo atq̃ de propria ſenſualitate: vnde p̱cedit omne damnuȥ anime pariter ⁊ corpori. Ego dixi tibi q̃ oĩs lachrima p̱cedit a corde ſic.n.eſt veritas: q2 cor hominis tantuȥ in ſe dolet q̃tum amat. Serui mundi gemunt: quando cor habet aliquem dolorẽ: vȥ quando priuatur illa re quaȥ diligit: ſed valde diuerſi ſunt illorum planctus. Vis audire q̃ntum? Pro ut ⁊ quantum amor eſt diuerſus. Et q2 radix amoris proprij ſenſitiui vere corrupta eſt: omne quod egreditur inde corruptum eſt. Iſte eſt velut arbor vna que non producit niſi fruct9 mortiferos: flores male olẽtes atq̃ putridos: ⁊ folia maculata: rami vero ſunt vſq̃ ad terram inclinati ⁊ a varijs ventis quottidie cõcutiũtur. Hec eſt arbor anime quoniam omnes eſtis arbores amoris: ⁊ quoniam ex amore creati fuiſtis ſine amore viuere non valetis. Anĩa que virtuoſe viuit in humilitavalle figit radicem arboris eius: ſȥ iſti qui miſerabiliter viuunt i monte ſuperbie fixerũt eam. Unde q2 male plantata fuit non producit vite fructum: ſed mortis. Fructus vero ſunt eorum opera: qui fruct9 omnes venenati ſũt ex varijs eoꝝ offenſionibus atq̃ peccatis. Et ſi quẽ aliquando fructum alicuius operationis bone faciunt: q2 radix eſt in ſe corrupta quicquid inde producitur vel egreditur eſt abſq̃ dubitatione corruptum. Quia nulla virtus in peccato mortali p̱petrata valet ad vitam eternam alicui: quia non eſt in ſtatu gratie perpetrata. Quãuis operatio virtuoſa nunq̃ omitti debet in quocunq̃ ſtatu fuerit homo q2 nullum bonuȥ erit abſq̃ premio tempore ſuo: ſicut nullum maluȥ impunitum abſq̃ dubio relinquetur. Operatio virtuoſa que facta fuit i peccato mortali ſicut iam dixi non valet ad vitam eternãȥ: ſed iuſtitia mea diuina gratioſe remunerat illaȥ imperfecta remuneratione ſicut operatio imperfecta mihi fuit oblata. Nam in rebus temporalibus aliquando remunero tales omnes operationes. Aliquãdo preſto tempus expectando miſericorditer emendationem huiuſmodi peccatoris. Aliquãdo concedo alicui ſeruo qui mihi gratus eſt: vt intercedat ⁊ offerat ante me deuotas orationes pro illo ⁊ ita gratioſe reddam ei vitam gratie relinquendo peccatum ⁊ virtuoſe viuendo. Sicut egi cum apoſtolo

paulo qui propter orationes beati
ſtephani diſceſſit ab īfidelitate ſua
gratia mea fauente reſipiſcendo a
perſecutionibus quas meis amicis
īferrebat. Jtaq̄ nunq̄ operatio vir
tuoſa d; ōmitti qualitercunq̄ diſpo
ſitus inueniatur homo. Dicebam ti
bi flores illos eſſe putridos ⁊ ſic eſt.
Jſti ſunt aīe putride cogitationes q̄
mihi valde diſplicēt: ⁊ precipue qñ
iunguntur in corde cū odio atq̄ di
ſplicētia proximi ſui. Jſte homo ve
luti latro ſuratus eſt honorem que;
offerre mihi creatori ſuo debebat: ⁊
ſibimetipſi exhibuit. Jſte flos exa/
lat vbiq̄ fetorem iuditij falſi ⁊ miſe
rabilis. Et hoc iuditium duplex eſt
vnum videtur eſſe contra me: occul
ta iuditia mea: ⁊ omne miſteriū me
um iniq̄ iudicando: v; in odium iu
dicando ꝙ in veritate cum amore
paterno concedo: ⁊ in morte; quod
ad vitam ordino. Omnia condem
nat ⁊ iudicat iuxta ſuam infirmam
atq̄ deteſtabilē ignorantiā: q̄ talis
cū amore ꝓprio ſenſitiuo ſibimet ex
cecauit oculu; intellectus: vnde co/
operta pupilla ſanctiſſime fidei nō
poteſt videre neq̄ cognoſcere veri/
tatē. Secundū iuditiū eſt contra ꝓ
ximum ſuu;: vnde ſepe multa mala
ſequūtur. Quia miſer homo ſemet/
ipſum ignorādo: vult agnoſcere pa
riter ⁊ iudicare cor ⁊ affectum pro/
ximoꝝ: ⁊ ex quadam operatione ſi/
ue minimo verbo: ſtatim inconſulte
damnabiliter iudicat ea que ſūt ho
minib⁹ occulta. Sed amici mei ſem
per iudicāt in bonū: q̄ fundati ſunt
in me ſūmo bono. Huiuſmodi vero
miſeri ſemper iudicant in malum:
q̄ fundati ſunt in miſerabili malo.
Ex quibus iuditijs frequentiſſime
generant̄ odia: homicidia detractio
nes: diſplicētie ꝯtra ꝓximū atq̄ re
moti ſiūt ab amore virtutis amico/
ru; meoꝝ. Poſt hec illico ſequunt̄
folia: v; verba multū inordinata q̄
ꝓcedūt ex ore ꝯtra reuerentiā: imo
potius ī vitupiū ⁊ iniuriā ꝯtra me
pariter ⁊ ꝯtra ſanguinē vnigeniti fi
lij mei ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ meoꝝ ac in
detrimentū ꝓximi. Neq̄ vident ad
alia vacare: niſi ad maledicēdū ⁊ cō
demnandū opa mea: blaſſemando
quaſcūq̄ creaturas: vt eis occurrit:
⁊ eoꝝ iuditia temeraria pſuadent.
Nec aduertūt infelices iſti ꝙ a me
lingua creata fuit: vt mihi redderet
laudē: ⁊ honorē: ⁊ vt homo ꝯfiteret̄
oīa pcā ſua: ⁊ vt illā exerceret ī vir/
tutib⁹: ⁊ ī ſalutē ꝓximoꝝ. Jſta ſunt
folia maculata: ⁊ ex culpa miſerabi
li corrupta: q̄ cor: vnde proceſſerūt
erat īmūdū atq̄ duplicitate: ⁊ alia
multa miſeria corruptū: ⁊ putridū.
Agiliter enarrare non poſſes vltra.
ſpūale detrimētū: v; ꝑuatiōis gra/
tie mee quā icurrit aīa: q̄ta ſunt ēt
damna tpalia q̄ propter huiuſmodi
linguas peſtiferas occurrunt. Nam
pp inordinata verba frequēter in/
ter hoīes exorta ſunt odia: mortales
inimicitie: mutatiōes aliqñ ſtatuū:
deſolationes ciuitatum: atq̄ patria
ru;: homicidia plurima: ⁊ alia mul
ta mala: quia verbum vulnerat ali
quando cor audientis: valde letali/
ter: ⁊ illuc ingreditur: vbi gladius
intrare nequiret. Hec arbor habet

in ſemetipſa ſeptem ramos ad ter/
ram vſq₃ deflexos a quibus folia cū
ſupradictis floribus egrediuntur.
Iſti rami ſūt ſeptem peccata mor/
talia que plēa ſunt alijs varijs atq₃
multis offenſionibus ⁊ peccatis ſi/
mul inſertis ⁊ ānexis in radice ſiue
ſtipite miſerabilis amoris ꝓprij pa
riter: ⁊ venenate ſupbie. Qđ primo
ramos ex ſe produxit: exinde flores
iniquaꝝ cogitationū: poſtea folia ſi
ue frondes inhoneſtoꝝ verboꝝ: vl/
timo fructus pucrſoꝝ opeꝝ. Incli/
nati ſunt ēt ad terrā huiuſmodi ra/
mi qm̄ ipſa peccata ſolūmō ſe circū/
voluūt in terra cuiuſcūq₃ miſerabi
lis: ⁊ iordinate ſubſtātie terrene: nec
alijs videnť vacare poſſe: niſi quō ſe
valeāt ipleꝛ ſiue ſatiare tali terreno
luto. Sȝ ipſi miſerabiles oīo ſunt in
ſatiabiles: ⁊ ſibimetipſis icōportabi
les. Et quidē valde ꝯgruū ē ꝙ ipſi
ſp iquieti ſint ⁊ vacui: qꝛ ſolū volūt
⁊ optant ea q̄ nullo mō pn̄t animū
iplere ſiue quietare. Et h̄ ē euidētiſ/
ſima ratio ꝑꝑ quā ipſi ſaciari neque
unt: qm̄ appetūt iugiter h̄ viliſſima
⁊ infamia q̄ finita: imo breuiſſima:
ſunt ⁊ ipſi q̄ꝫtū ad eſſe ſunt iſiniti: nā
ipſoꝝ eē quottidie durabit: lȝ ex cul
pa peccata finianť q̄ꝫtū ad gratiaȝ.
Et homo ꝯſtitutꝰ eſt a me ſuꝑ alias
creaturas: ⁊ nō alie creature ſuꝑ eū
imo ſatiari nō pōt ſiue quietare ani
mū ſuū: niſi ſoluȝ in re que ſit eo ma
ior. Maior autem homine ſum ego
ſolus deus eternus: ideo ſolus: ego
poſſum eum: ⁊ volo ſatiare atq₃ mē
tem eius in me feliciter atq₃ pleniſ/
ſime quietare. Sed quia tales ex eo
rum culpa mortali gratia mea pri
uati ſunt iugiter i penoſo tormēto ꝑ
ſiſtūt. Poſt huiuſmodi ꝓo penam
qua cruciant: gemitus illico ſequiť.

Quō ꝑdicti mūdani gemētes a
iiij. ventis collidunť. Capi. xciiij.

PRedcā igiť arbor ꝓprie ſen/
ſualitatis i qua mūdani pec
catores fecerunt ſuum principium
atq₃ fundamentum precipue concu
titur a quatuor ventis: vȝ a vento
proſperitatis: aduerſitatis: timoris
atq₃ ꝯſcientie. Iſti ſunt venti q̄tuor
vētus proſperitatis nutrit in ani/
ma ſuperbiam cum ꝑſumptiōe mul
ta: ſe magnificādo cū iactātia: proxi
mū vero vilipēdēdo cū iniuria. Si
ſtatum dominij tenet iniuſte viuit
cū multa cordis vanitate ꝓcedens
⁊ cuȝ imunditia mentis ⁊ corporis:
cū propria reputatione ſimul ⁊ am
bitione: cū multis alijs inconuenie
tibus atq₃ defectibus qui ſequūtur
poſt hec quos lingua tua facillime
enarrare nō poſſet. Noueris tamen
ꝙ iſte ventus proſperitatis in ſe nō
eſt aliquo modo corruptus: nec etiā
alij corrupti ſunt: ſed eſt corrupta
principalis illa radix arboris: vn/
de corrumpuntur omnia que proce
dunt ab ea. Nam ego qui ſum eter/
na ⁊ ſūma bonitas omnia creaui ⁊
quottidie facio bona. Iſti ꝓo puerſi
gemunt eo ꝙ coꝝ aīa nōn ē aliquo
modo ſaciata: qm̄ affectu ſatis inor/
dinato deſiderant in his infimis ea
que repperire non poſſunt. Non
habendo: cordialiter affliguntur

⁊ in afflictione ſua gemunt. Iam. n. dixi q̄ oculus optat cordi ſatiſfacere. Poſtmoduʒ occurrit ei ventus vñus cuiuſdam timoris ſeruilis ex quo mirabili modo propriam vmbram expaueſcit metuendo perdere que ſic inordinate diligit. Iugiter n. vitam propriam ām̄ittere trepidat: vel vitam filiorum: vel aliaruʒ perſonarum ei dilectarum: ſiue ſtatum dominij ſui: vel alicuius alterius ex amore proprio: ſiue diuitias: vel honorem. Iſte timor īpedit omnino ne pacifice cum mentis tranquillitate poſſidere valeat ea que tenet: qꝛ non poſſidet ordinate ſecundum voluntatem meam. Et ideo ſequitur inde timor iſte ſeruilis: ⁊ ita timidus eſt: quia factus eſt: vilis atqꝫ miſerabilis peccati ſeruus: ⁊ ipſe talem ſe reputare debet qualis eſt illa res cui ſeruit. Peccatuʒ vero nihil ē: ⁊ ideo deuenit ipſe ad nihil eē. Dum autem timoris ventus exagitauit atqꝫ cōmonuit eum: illico ſuperuenit ventus illius tribulationis ⁊ aduerſitatis quam expaueſcebat ⁊ aufert ab eo que poſſidebat. Aliquando particulariter ⁊ aliquando generaliter. Generaliter intellige quando priuatur vita: qꝛ tunc etiaʒ inuitus omnia relinquit. Aliquotiens occurrit ī particulari: qꝛ priuatur aliquibus. Aliquando ſanitate ſiue filijs: vel honore ſiue ſtatu temporali: ſiue diuitijs prout: ego medicus egregi⁹ videro ſalubriter expedire. Nam pro ſalute mearum creaturarum iſta concedo. Sed fragilitas carū eſt valde corrupta: ⁊ abſqꝫ n̄oticia veritatis: ideo patientie fructum ām̄ittunt: ⁊ ex impatiētia mouentur ad murmurationem ſcandalum: odium: atqꝫ diſplicentiam contra me pariter ⁊ mearum creaturarum. Et illa que dedi eis in vitaʒ accipiunt: ⁊ exiſtimant ī morteʒ. Et cū illa menſura doloris ām̄ittūt ea cuʒ quāto amore poſſidebant. Unde cōducuntur ad afflictiuum gemitum ⁊ ad impatientiam q̄ue deſiccat animam ⁊ occidit auferendo ſibi vitaʒ gratie. Corpus etiaʒ affligit exſiccat atqꝫ conſumit pariter ⁊ excecat intus ⁊ extra ſpiritualiter: vʒ ⁊ corporaliter. Et ita priuantur omni conſolatiua ſpe: quoniaʒ ablata ſunt ab eis ea in quibus delectabantur ⁊ in quibus affectū fidem atqꝫ ſpem collocauerant ideoqꝫ gemunt. Lachrima nanqꝫ ſola non eſt in cauſa tot inconuenientium: ſed iordinatus affectus: ⁊ huiuſmodi dolor cordis: vnde lachrima proceſſit: Itaqꝫ non eſt exterior oculorum lachrima q̄ mortem infert atqꝫ penaʒ: īmo radix: vnde proceſſit: vʒ inordinatus amor ꝓprius a corde procedens: qꝛ ſi cor ordinatum eſſet ⁊ haberet in ſe vitam gratie: ſimiliter eēt ordinata lachrima ⁊ me deum eternū induceret ad ei miſericordiam exhibendam. Sed ideo dixi q̄ iſta lachrima mortem inferrebat: qꝛ eſt veluti nuncius aperte pateſaciens vtruʒ vita ſiue mors in corde conſiſtat. Quarto dicebaʒ occurrere quendam ventum conſcientie. hoc. n. agit eterna mea bonitas. Cuʒ ego primo probauerim cū proſperitate: vt homines ex amore

traherem: poſtea cum timore: vt ex
importunitate dirrigerent animuꝫ
ad amandum cum virtute ſine de/
fectu. Tertio ꝓbaui cum tribula
tione gratioſe conceſſa: vt aperte co
gnoſcant inſtabilitatem atqꝫ fragi/
litatem vite preſentis. Uidendo ꝙ
iſta mime ꝓficiunt ex eo ꝙ affectuo
ſe vos diligo amore paterno cōcedo
multociens vnum cōſcientie ſtimu/
lum: vt os humiliter aperiat: eicien
do ⁊ vomendo putredinem offenſa/
rum atqꝫ peccatorum in ſacramen/
tali confeſſione. Ipſi ꝟo tanqꝫ obſti/
nati ⁊ a me ſuo demerito reprobati:
qꝛ gratie mee recalcitrauerunt: ⁊ il
laꝫ acceptare noluerunt: ⁊ huiuſmo
di ſtimulum: conſcientie refugiunt
⁊ vt ita dixerim abhorrent illum vi
lipendentes: ⁊ cum ſpaciamentis at
qꝫ miſerabilibꝰ delectationibus trā
ſigentes cum diſplicentia mei atqꝫ
proximorum eorum. Totum occur
rit eis eo qꝛ radix eſt iſecta ſiue cor/
rupta cum arbore tota: propter qđ
omnia ſuccedunt eis in mortem: vn
de conſiſtunt in pena continua: ⁊ in
amaro gemitu ſicut iam dixi. Et ni
ſi ſe correxerint habendo tempus in
quo liberum arbitrium habent ⁊ ip
ſo poſſunt vti tranſeūt ab iſto gemi
tu quem habent in tempore finito:
⁊ omni eo perueniunt ad infinitum
gemitum. Itaqꝫ gemitus finitus re
dundat eis ad infinitum: qꝛ lachri/
ma fuit effuſa cum odio virtutis in
finito: vꝫ cum anime deſiderio fun/
dato in odio quod eſt infinitum. Sꝫ
tamen ſi voluiſſet poterant ab ipſo
egredi gratia mea mediante quoni
am liberum habebant arbitriuꝫ qꝫ
uis: ego dixerim infinitum eſſe. In/
finitū eſt quātum ad affectum ani/
me ⁊ eius eſſe: ſed nō odiū vel amor
exiſtēs in anima: qꝛ dum eſtis ī iſta
vita poteſtis odire: vel amare: vt eſt
veſtre volūtatis. Qui vero finit vi
tam in amore virtutum bonum adi
piſcitur infinitum: ſed ille qui finit
vitam in odio continuo ſtat in odio
infinito eterna damnatione cōdem/
natus: vt iam dixi demonſtrando:
ꝙ in flumine ſponte mergebantur
ſemetipſos ibidem ſuffocantes: in tā
tum ꝙ ipſi nequeunt aliqđ operari
bonum priuati miſericordia mea ſi
mul ⁊ vera caritate fraterna quam
ita eterna patria ſancti mei guſtant
ad inuicem. Priuati quoqꝫ carita/
te veſtra qui eſtis viatores ⁊ ꝑegri/
ni a me conſtituti ⁊ ordinati: vt ad
veſtrum terminum venire poſſitis:
vꝫ ad vitam eternam. Ipſi vero ſu/
is demeritis omni bono ſe priuant.
Unde nec orationes: nec elemoſine:
nec alia bona valent eis ad vitam.
Ipſi ſunt a diuina caritate mea ve/
luti membra iam a corpore preciſa:
qꝛ dum vixerunt omnino renuerūt
eſſe ſubiecti ſanctis preceptis meis ī
corpore miſtico ſāncte matris eccle
ſie: nec eius obedientie: vñ ſanguinē
hauritis vnigeniti filij mei. Quare
merito recipiunt eterne damnatio/
nis horribilem fructum cum ama/
riſſimo gemitu ⁊ inextimabili ſtri/
dore dentiū. Iſti ſunt illi martires
demonis de quibus tibi feci mētio
nem. Itaqꝫ demon dat eis illud pre
mium ex horrendum quod ipſe pr

e hꝫ. Uides ergo ꝙ iſte planctus i fert valde penoſum fructum in vita preſenti: ⁊ in fine conuerſationeꝫ demonum infinito tempore.

De fructibus ſecundarum: ⁊ tertiarum lachrimarum. Capi. xcv.

Reſtat in preſenti loco dicēdū. de fructibus quos illi recipiunt qui vitare culpam incipiunt ex timore pene. Quidam. n. ſunt qui mortem peccati mortalis egrediuntur ex formidine pene. Iſta eſt quaſi vna vocatio generalis: vt iam dixi. Quem fructuꝫ habet iſte qui ſic agit: hic incipit euacuare domum anime ſue ab īmunditia peccatorū eo ꝙ liberum arbitrium mundauit pre formidie. Et ex quo purificauit animam a culpa recipit atq̄ ſentit illico pace in cōſcientia: ⁊ incipit affectum anime diſponere: oculum intellectus apperiendo ad videndum locum ſuum quem anteq̄ euacuaretur vider̄ nequibat: ſed ſolummodo putredinem variorum atq̄ multorum peccatorum videbat. Et incipit habere conſolationes: qꝛ cōſcientie vermis ī eo pacificat⁹ eſt ex pectādo quaſi cibū virtutis apphēdere. Sicut occurrit ī hoīe qui poſtq̄ ſtomacū euacuauit malis humorib⁹ appetitū hꝫ atq̄ dirrigit vt aſſumat aliq̄d alimētū ſic iſti ꝓſtolant̄ vt arbitrij liberi man⁹ cū amore cibi virtutū eis cibū porrigat: vt mādicare valeāt. Et ī veritate ſic eſt. Nam ſi ꝓmū timoreꝫ exercitauerit aīa virtuoſe poſtq̄ affecm̄ ſuum vacuauit: ⁊ expurgauit a peccato recipit ſm fructū: vꝫ ſtatū ſꝫ lachrimarū. In quo ꝑ affcm̄ īcipit aīa fulcir̄ domū virtutib⁹ lꝫ ſit adhuc īpſecta q̄uīq̄ a timore ſurrexerit: īde tñ ſe ꝑcipit ꝯſolatiōne: qm̄ amor aīe hui⁹ hoīs delectatione habuit ī veritate mea q̄ quidē ē ipſe amor. Et pp ꝯſolatione ⁊ delectatione quā ī me recperit īcipit amare valde dulciter: qꝛ ſentit ī ſe dulcedinē cōſolationis mee: vel creaturaꝝ mearuꝫ pp me. Igit̄ amorē exercēdo quiē īgreſſus domū aīe ſue: ex quo timor eā purgauit a ſorde peccati ſtatī īcipit hīc fruct⁹ mee diuine caritatis. Et poſtq̄ amor ītrauit ad poſſidēdū īcipit īdilate ſentire ꝯſolatione varioꝝ atq̄ multoꝝ fructuū. Ultīo ſꝫo pſeuerādo recipit ī ſe fructū ponēdi menſam: vꝫ poſtq̄ aīa migrauit a tīore ad amorē virtutū ī mēſa ſua diſcūbit ad lachrimas tertias virtuoſe ꝑueniēdo. Iſte menſam ſciſſime crucis ī corde piter ⁊ ī aīa ſua pōit. Ex quo mēſam huiuſmodi pauit ibi recipiendo cibū dulceꝫ: ⁊ amoroſi filij mei q demōſtrat apte mei pr̄is honorē atq̄ ſalutē vr̄am: pp quā lat⁹ ei⁹ apiri voluit: ⁊ ſemetipm̄ exhibuit vobis ī cibū. Tūc aīa comeder̄ incipit honorē meū: ⁊ aiaꝝ ſalutē euꝫ odio: ⁊ magna peccati diſplicentia. Quē ergo fructum aīa recipit ī iſto tertio ſtatu lachrimaꝝ. Dico tibi: recipit fortitudinē quandā ī odio ſancto fundatā ꝯtra ꝓpriā ſenſualitatē cū vno fructu mihi gratiſſimo vere hūilitatis: ⁊ inicta patiētia cū qua vitat oē ſcādalū: ⁊ iō pēa ꝓuat aīaꝫ

qꝛ cū odiū gladio ꝓpriā voluntatē i
teremit vbi conſiſtit oīs pena vr̄a.
Qꝛ ſola ſenſitiua volūtas i ſe ſcāda
luz hꝫ i iniurijs: vel pſecutioib⁹ illa
tis: vel ex ꝑuatiōe ꝯſolationū ſpūa/
liū ſiue tpaliū: vt iā tibi dixi: ⁊ ita
venit ad ipatiētiā. Sꝫ qꝛ volūtas ē
occiſa cū lachrimoſo dulciqꝫ deſide/
rio guſtarē icipit fructū lachrimaꝝ
vꝫ glorioſe patiētie. O fruct⁹ opta/
bilis atqꝫ magne ſuauitatis: ⁊ o q̄
ꝟe dulcis es te guſtantib⁹ i ꝟitate.
Mihi quoqꝫ gratiſſim⁹ ⁊ acceptabi
lis es: dū es i amaritudie guſtas: ⁊
hēs i te dulcedinē. Iniuriaꝝ tpe tu
pacē hēs. Dū es i ꝑceloſo mari vbi
vēti piculoſi naviculā aīe ꝯcutiūt:
⁊ illudūt vndis: tu cū pacifica trāql
litate ꝯſuaris abſqꝫ detrimēto quo
cūqꝫ. Nauicula nāqꝫ tua reppit op/
ta cū dulci: ⁊ eterna volūtate diuiā
vñ veſtimētū accepiſti caritatis ar
dentiſſime: vt aqua nō valeat igre/
di. O filia dulciſſima iſta patiētia
ē vna regia ꝯſiſtēs i quadā arce for
tiſſima. ipſa quottidie vincēdo triū
phat: nec vllo tpe vicit. ipſa nō vult
eē ſola: ſꝫ ē cū ꝟa pſeuerātia ſociata.
Eſt ēt veluti medullū caritaꝭ igni/
te. ipſa qdē ē q̄ patefacit veſtimētuꝫ
ei⁹ vtrū i ꝟitate ſit nuptiale vel nō.
Si ꝟo fuerit i aliquo laceratū ex i/
perfectiōe virtutis idilate maniſe/
ſtat p ei⁹ oppoſitū: vꝫ impatientiā.
Oēs virtutes aliqñ ſe pñt occultarē
demōſtrādo pſectionē cū impſecte
fuerit: te aūt o patiētia laterē neque
unt: qꝛ ſi tu es i aīa que directe me
dullū es vere caritatis apte demō/
ſtras oēs virtutes alias ibi viuas
atqꝫ pſectas adeſſe. Et ſi tu nō ades
apte cognoſcitē alias ipſectas eē vir
tutes: ⁊ nō puenerūt adhuc ad mē/
ſam ſanctiſſime crucis. Tu patiētia
ꝯcepta fuiſti realiter i vera noticia
ꝓprie fragilitatis atqꝫ mee bonita/
tis i ſe. Inſup odiū ſanctū te pepit:
⁊ humilitate ꝟa te nutrit. Tibi pa
tiētia nullo modo denegatē honoris
mei cibus atqꝫ ſalutis aīaꝝ: ſꝫ ipm
affectuoſe quottidie manducas. Et
i veritate ſic ē. Aſpitias o filia mea
virtututem hanc excelſam in mar/
tiribus qui cum ſancta dulciqꝫ tol
lerantia manducabant huiuſmo/
di cibum animarum. Mors eorum
vitam exhibebat atqꝫ mortuos re/
ducebat ad vitam: ⁊ ita mortalium
criminum expellebat ab anima te/
nebras. Mundus iſte cuꝫ omni ma
gnificentia ſua: atqꝫ domini ſiue ti/
ranni cuꝫ omni potentia ſua ſe tue
ri minime poterant ab eis ex vir/
tute prefate regiñe dulcis patiētie.
Iſta glorioſa virtus ē veluti lucer/
na ſuccenſa ſuper candelabro. Hic
eſt ille fructus optabilis quem exhi
buit anime lachrima poſtq̄ attigit
ad ſui proximi caritatem manducā/
cando cum innocentiſſimo: ⁊ im/
maculato agno filio meo dilectiſ/
ſimo: cum deſiderio cruciato: ⁊ an/
xio ⁊ cum intollerabili pena mea/
rum offenſarum contra me crea/
torem ſuum illatarum. Non dico
pena m affligentem: quia vera dile
ctio cum forti patientia occidit om
nem timorem ⁊ amorem proprium
vnde pena prouenit. Sed hec ē pe/
na ſolum ex offenſa mihi facta: ⁊

detrimento proximi que fundatur
in caritate ſinceriſſima pinguefaci/
ens animaꝫ. Itaqꝫ gaudet ⁊ in ſe le/
tatur: qꝛ ſignum eſt aperte demon/
ſtrans eſſe me per gratiam ſingula/
rem in anima.

De fructu quartarum ⁊ vnitiua
rum lachꝛimarum. Capi.xcvi.

DIxi tibi de fructu tretiarum
lachꝛimarum proſequar: er/
go tibi narrare de quarto ⁊ vltimo
ſtatu de lachꝛima: vꝫ vnitiua qui ta
men non eſt a tertio ſtatu ſegregat⁹
vt iaꝫ tibi dixi: ſed vnitur velut vni
tur mea caritas cum caritate proxi
mi: vna conditur ab altera. Sed ad
quartum attingendo tantum excre
uit anima ꝙ non ſolum tollerat ad/
uerſa quecunqꝫ patienter: imo val/
de libenter: ⁊ cum ſancto gaudio vi
lipendit omnem recreationem: vn/
decunqꝫ ſibi prouenire poſſit anxie
deſiderans habere conformationeꝫ
cum vnigenito filio meo yeſu chꝛi/
ſto crucifixo. ħ anima recipit fru/
ctum cuiuſdam quietꝭ mentꝭ: ⁊ vnaꝫ
vnionem perfectam per ſentimen/
tuꝫ in natura mea dulci diuina vbi
ſuauiſſime lac in veritate guſtat ve
lut infans qui requieſcit pacifice ad
vbera ſue genitricis in oꝛe tenendo
mamillam ⁊ ad ſe trahendo ſiue ſu/
gendo lac ipſa carne pectoꝛis medi/
ante. Sic anima que peruēit adhuc
vltimum ſtatuꝫ valde mirabili mo
do requieſcit ad vbera mee diuine
caritatis in oꝛe ſancti deſiderij tenē
do carnem yeſu chꝛiſti crucifixi: vꝫ
veſtigia ſua virtuoſe realiter imitā
do atqꝫ doctrinam eius. Nam a per
te cognouit in tertio ſtatu ꝙ ipſum
non opoꝛtebat per me patreꝫ ambu
lando tranſire: quoniam in me nul/
la pena cadere poteſt: ſed ſic in dile/
ctiſſimo filio meo. Uos vero non po
teſtis abſqꝫ pena tranſire: ſed cum
tollerantia multa ꝑuenictis ad vir
tutes veras atqꝫ pꝛobatas. Unde ſe
collocauit ad pect⁹ yeſu chꝛiſti cru/
cifixi: ⁊ ita traxit ad ſe lac virtutuꝫ
in quibus habuit vitam gratie. Et
ita ſe veritas habet. Nam virtutes
non habebant in ſe huiuſmodi dul/
cedinem: niſi qꝛ facte fuerunt ⁊ vni/
te in me: vꝫ intuitu ⁊ amoꝛe mei per
petrare fuerunt: ⁊ in ſaluteꝫ anima
rum: ⁊ non intuitu pꝛopꝛie conſola/
tionis: vel vtilitatis. Nunc amabilis
atqꝫ dilectiſſima filia diligenter atten/
tende ꝙꝫ glorioſus: ⁊ vere dulcis eſt
iſte ſtatus in quo fecit anima tantā
vnionem pectoꝛi caritatis ꝙ nō in
uenitur os abſqꝫ pectoꝛe: neqꝫ pect⁹
abſqꝫ lacte. Similiter hec anima nō
inuenitur abſqꝫ yeſu chꝛiſto crucia/
to: nec abſqꝫ patre ſempꝛ eterno quē
inuenit guſtando ſūmam ⁊ eternaꝫ
deitatem. O quis intelligeret: ⁊ at/
tenderet qualiter implentur illius
anime potentie. Memoꝛia ſemper ī
pletur iugi recoꝛdatiōe mei trahēs
ad ſe per amoꝛis affectum ei colla/
ta mea gratioſa beneficia: nec tan/
tum beneficioꝛum actum quantuꝫ
affectum mee paterne caritatis cuꝫ
qua fui largitus. Et pꝛecipue bene
ficium creationis attendēdo ſe crea
tam ad imaginem: atqꝫ ſimilitudi/

nem meam ſuper quo beneficio co/
gnouit in primo ſtatu ſupra poſito
penam que propter ingratitudinez
ei ſequebatur. Et ideo ſurrexit a mi
ſeria culparum ⁊ iniquitatum ſua
rum ad beneficium precioſi ſangui
nis yeſu chriſti in quo ad eam grati
am recreaui lauando faciez anime
ſue ac omnium aliorum a lepra pec
catorum. Ubi anima repperit in ſe
cundo ſtatu dulcedinem quandam
amoris: guſtando ſuauitatem atq̈
culpe diſplicentiam quam culpam:
ipſe mihi tantum diſplicuiſſe vidit:
⁊ agnouit ꝙ illam valde puniui ſu
p corpoꝛ dilectiſſimi filij mei. Poſt
h̄ ad inuenit in ſe ſancti ſpiritus ad
uentum qui declarauit: atq̈ decla/
rat animam in veritate. Sed quan/
do recipit anima lumē iſtud. Poſt
ꝙ agnouit per primum atq̈ ſecun/
dum ſtatum in ſe beneficium meū:
tunc habet in ſe lumen perfectum
agnoſcēdo veritatem meam: vz qm̄
ex amore paterno ſolummodo mo/
tus ipſam: ego creaui vt haberet vi
tam eternam. Hec eſt veritas quaz
aperte demōſtraui vobis in ſangui
ne yeſu chriſti crucifixi. Poſtq̈ eā
agnouit amat eaz: ⁊ amando demō
ſtrat: vz amando pure q̈quid amo
⁊ odiēdo quicquid odio. Et ita ſe re/
perit in tertio gradu caritatis pro/
ximi. Itaq̈ memoria replet̄ ad hu/
iuſmodi pectore in perfectione qua
cunq̈ tranſacta: qm̄ in ſe retinuit ip
ſa beneficia mea. Intellectus vero
retinuit lumen introſpiciens in me
moria ⁊ ibi veritatē agnouit ⁊ ām it
tendo cecitatem amoris proprij re/
manſit in lucidiſſimo ſole: vz i oble/
ctū yeſu chriſti crucifixi vbi cogno
uit eum deum verum ⁊ hominem.
Preter huiuſmodi noticiaz ⁊ agni
tionem ex vnione facta ſurgit etiaz
⁊ eleuatur ad vnum aliud lumen ac
quiſitum nō per naturam neq̈ per
propriam virtutem ab homine pa/
tratam: ſed per gratiam ſingularez
a dulciſſima veritate mea conceſſaz
que nunq̈ vilipendit anxia deſide/
ria: neq̈ labores fideles oblatos an/
te me. Tunc affectus qui ſequitur i
tellectum vnitur in me cum amore
pfectiſſimo ⁊ ignito. Et ſi quis a me
peteret que vel qualis eſt h̄ anima
reſponderem. Eſt alter ego quoniā i
me ſe trāſformauit ex affectu ⁊ vnio
ne amoris. Que lingua corporalis
exprimere poſſet excellentiam iſti/
us vltimi ⁊ vnitiui ſtatus atq̈ fru/
ctꝰ varios ⁊ quāplurimos quos ani
ma recipit in eo cum plenitudīe po
tentiarum eius: Hec eſt illa cōgre/
gatio dulcis de qua tibi feci mentio
nē, explanando ſupra de tribus gra
dibus verbum incarnate mee veri/
tatis. Non poſſet aliqua lingua cor
ruptibilis explicare. Tamē hoc ſan
cti doctores ab iſto lumine docti ⁊ il
luſtrati demonſtrant cuz quo ſacrā
paginam explanabant. Unde no/
veris ordinis tui glorioſuz Thomā
de aquino habuiſſe ſcientiam ſuam
magis ſtudium orationis ⁊ mentis
eleuationem ⁊ lumen intellectus q̄
per humanum ſtudiuz. Ipſe fuit ve
luti lumen valde lucidum quod in
eccleſia ſancta collocaui: vt illumi/
narentur errorum tenebre. Si etiaz

aſpicias euāgeliſtā glorioſuʒ Joānē
q̄ſtū lumē acquiſiuit icūbēdo ſupra
pect⁹ yħu xpi filij mei cū quo poſt
multū tpis ita luadāter euāgeliza/
uit. Et ita diſcurrēdo oēs iſto lumi/
ne eccleſiam ſanctā illuminauerūt:
aliqui p vnū modū aliqui p aliū. in
trinſecū vero ſenſuʒ: vnionē pfectā:
atq; dulcedinē ieffabilē exprimere
lingua tua: nullo mō poſſet: q2 fini/
ta res eſt. Hoc exprimere glorioſus
apoſtolus voluit dicēs. O culus nō
vidit: nec auris audiuit: nec in cor
hoīs aſcenderunt ea q̄ p̄parauit de
us diligentibus ſe. O q̄ dulcis eſt
illa māſio dulcis vltra q̄cūq; dulce
dinē cū vnione pfecta quā aīa fecit
in me. O īm ēt ipſius aīe nō ē volun
tas media ꝓ eo q2 mecū facta vide
tur vnū. Ipſa p vniuerſum orbem
odorem iactat ex fructu ↄtinuaꝝ: ꝛ
humiliū orationū. Cuʒ ingenti odo
re ſancti deſiderij clamat ī ſalutem
aīaꝝ cū voce ſine voce humana co/
rā diuīa maieſtate mea. iſti ſunt vni
tiui fructus quos comedit aīa ī pñ
ti vita: in hoc vltimo ſtatu cū mul
tis laboribus lachrimis atq; ſudori
bus acquiſito. Et ita cū vera pſeue
rantia ptrāſit ab hac vnione que lʒ
in gratia perfecta ſit: ī ſeculo tñ exi
ſtens eſt iperfecta: q2 eo qḋ appetit
ſatiari non pōt: ꝛ q2 cū corpore liga
tur in quo lex pu̇erſa viget q̄ quaſi
dormitat ex affectu virtutis: ſʒ non
eſt ī ſe mortua. Et ideo pōt excitari
ſublato virtutis iſtrumēto quo me
diāte dormit. Ideo dicitur iperfe/
cta nunc vnio talis: iſta tñ vnio in
dubitāter aīam introducit ad illā
pfectionē eternā atq; feliciſſimaʒ q̄
nunq̄ in aliq ad caſu pōt auferri
ne minui ꝓut iam tibi dixi narra
do de beatis. ibi guſtat cū veris gu
ſtatoribus ī me vitā eternā in oppo
ſitū eoꝝ qui receperunt fructū ſui
gemitus eternū interitum. iſti pue
nerunt a gemitu finito: ꝛ breui ad
eterna gaudia recipiendo vitā glo
rioſam ppetuo duraturā: ꝛ cum fru
ctu lachrimaꝝ: ꝛ ignita caritate cla
mant: ꝛ offerunt lachrimas igneas
vt iaʒ dixi ꝓ vobis in ↄſpectu meo.
Nūc explicaui tibi gradus lachri/
maꝝ ꝛ ipſaꝝ pfectionē ꝛ iperfectio
nem atq; fructū quē aīa recipit ex
ipſis lachrimis: q2 pfecti lucrantur
vitā eternā: iniqui vero damnatio
nem infernalem.

## Quomodo deo regratiaṫ h anima de declaratione predictoruʒ ſtatuum lachrimaruʒ ꝛ ei tres petitiones facit. Capi. xcvij.

Tunc hec aīa ex īgenti deſide/
rio anxia ꝓ declaratiōe quaʒ
habuerat a dño deo ſup ſtatibus la
chrimaꝝ antedictis veluti philoca
pta dicebat. Gratias: grās ago ti/
bi ſūmo ꝛ eterno pr̄i q deſideria ſcā
ſeruoꝝ tuoꝝ exaudis ꝛ īples atq; ſa
lutē nr̄am inextimabiliter optas ꝛ
amas: q nobis ex amore piño amo/
rē exhibuiſti tpe quo tecū eram⁹ ī
guerra mediante dilectiſſimo filio
tuo. Per hūc igiṫ amorē ieffabileʒ
tuū: ꝛ ignīferā caritatē ex grā tibi
ſupplico: vt itineṙ tuto ad te ueniṙ
valeā cū ſalubri lumine: ꝛ nō ī tene

bris curā p vrā ſciſſime doctrie tue
cuiꝰ apte mihi demōſtraſti verita/
tē:ꝛ ego poſſim agnoſcere p̄iter ꝛ vi
tare duas alias fraudes de qbꝰ ali/
qn̄ ſuſpicoꝛ occurrere poſſe. Itaqꝫ
ꝓuſqꝫ egrediar a ſtatibꝰ iſtis a te pī
eterne declarari vellē. Primū ē ſi
qs a me ꝯſiliū expoſcet: de mō ꝟuiē
di tibi qd: vel qliter ei rn̄de debeo
lꝫ ego pī eterne recolo:quia mihi ſu
pꝛa declaraſti ſup illo verbo tuo di
cēs. Ego delectoꝛ ī paucis verbis:ꝛ
multis opationibꝰ. Nihilominus ſi
maieſtati tue placet vlteriꝰ aliqua
ꝟba tāgere mihi gratiſſimū erit. Et
iſup ſi oꝛāte me.p ꝟuis atqꝫ creatu
ris tuis:ego reppirē ī oīonē mentē
vniꝰ valde bn̄ diſpoſitā mihiqꝫ vi/
debitr illū ītueri gaudētē ī te: aliuꝫ
ꝟo ꝯſperero qſi cū mēte tenebꝛoſa:
nūquid ego pī eterne iudicare poſ/
ſum vnū ī luce grē:ꝛ aliū eē gr̄a pri
uatū:vel vidēdo quēdā ambulātē
cū penitētia magna:ꝛ aliū abſqꝫ ta
li pnīa:nūquid iudicare poſſum illū
qui talē pnīaꝫ agit ī maioꝛi pfectio
ne foꝛe qꝫ aliū qui n̄ facit ita. Sup/
pliciter oꝛo maieſtatē tuaꝫ:vt mihi
declarare digneris hāc ābiguitatē
meā ne ſim in modico lumine meo
qn̄qꝫ decepta. Scđm ſup quo peto
declarari ē ſignū qđ aīa recipit ī vi
ſitatione tua:vel aduerſarij nr̄i. Si
bn̄ recolo tu veritas eterna dixiſti
ꝙ ī viſitatiōe tua remanebat aīa cū
alacri gaudio:ꝛ ad virtutez aīoſa:
vel auida. Nūc ego ſcire ꝑopto vtꝝ
huiuſmodi gaudiū a ꝓpꝛia paſſiōe
ſpūali poſſet aliqn̄ fraudari ſiue de
cipi. Qꝛ,ſi ꝯtingeret:ita potius attē
derē:ꝛ acceptarem ſignū virtutis.
Hec illa ſunt de quibꝰ humiliter a
te poſtulo declarari:vt ī veritatē ti
bi ꝟuire valeā:ꝛ vtilitatē afferre ꝑ
ximo meo vitādo quodlibet iuditi
um falſum: erga creaturas tuas ꝛ
ꝑcipue circa ꝟuos tuos eo qꝛ mihi
vr̄ huiuſmodi iuditiū eē cāꝫ:vt aīa
fiat a te remota. Ideo vitare tantū
inconueniens exopto.

Quō lumē rōnis ē neceſſariū cui
libet aīe volēti deo ī ꝟitate ꝟuire. Et
ꝑmo đ luīe gn̄ali. Capi.xcviij.

DEus āt eternꝰ hn̄do cōplacētiā
dſiti atqꝫ fame talis aīe:necn̄
ꝛ de puritate coꝛdis:atqꝫ de ſinceri
tate deſiderij cū qbꝰ optabat ei ꝟui
re vertit ad eā oculū ſue pietatis ꝛ
miſericoꝛdie dicēs. O dulciſſima fi
lia cariſſima:ꝛ ſponſa fideliſſima le
ua te ſupꝛa te apiēs oculū itellectꝰ
ad vidēdā īfinitā bonitatem meā ꝛ
amoꝛē ieffabilē quem hēo circa te:ꝛ
alios amicos meos ꝛ apias aurem
tui ſenſus atqꝫ deſiderij qꝛ ſi tu n̄ vi
deres n̄ poſſes audire:neqꝫ cognoſce
re veritatē meā. Qꝛ vꝫ aīa q̄ mini/
me videt oculo itellectꝰ in mee veri
tatis obiectū nō pōt audire ſine co
gnoſcere veritatē. Ideo volo vt ap
tius eā agnoſcas:vt aſſurgas vltra
tuū ſentimentū ſenſitiuū: ego vero
qui delectoꝛ in tua petitiōe atqꝫ
deſiderio tibi ſatiſfaciam. Non ꝙ
ex vobis aliqua delectatio mihi poſ
ſit augmentari quoniam ego ſum
ille qui:ꝛ qui vos creſcere facio:ꝛ
non vos me: ſed in memetipſo de

lector de factura mea. Tunc anima fuit obediens eleuādo ſe ſuper ſe: vt agnoſceret veritatem eorum que pe tinerat deus autem eternus ait ei. Ut apertius intelligere poſſis ea q̄ tibi dicam a principio ſūmam exor dium de tribus luminibus qui pro ceſſerunt a me vero lumine. Unum eſt quoddam generale lumen illo rū qui ſunt ī cōmuni caritate viuē tes. Et quamuis tibi de quolibet di xerim: tamē multa tibi dixi que vo lo repplicare: vt infimus intellect⁹ tuus intelligat apertius ea que no ſce deſideras. Alia quoqꝫ duo lumi naria ſunt eorum qui a mūdo ſunt ſegregati ⁊ ad perfectionē attinge re deſiderāt. Et ſuper hoc: ego te de clarabo de his que petiuiſti: narrā do tibi particulariter ea que tetige ram ī generali. Si bene recolis ego dixi tibi: ꝙ abſqꝫ lumine nemo⁹ po teſt per viam veritatis incedere: vꝫ abſqꝫ lumine rationis. Quod lumē rationis a me trahitis vero lumine cum oculo intellectus: ⁊ cum lumīe fidei quod vobis in ſacro baptiſmo tradidi niſi vobiſipſis auferatis il lud ex defectib⁹ veſtris. In quo ba ptiſmo mediante virtute ſanguinis vnigeniti filij mei fidei formam ac cepiſtis que fides cum exercitio vir tutis ⁊ lumīe rationis ab ipſo lumi ne illumināte vobis vitam exhibet adducendo vos per viam veritatis ⁊ cum ipſo peruēitis ad me verum lumen ſine quo deueniretis ad tene bras. Duo lumina que procedūt ab iſto lumine ſunt vobis omnino ne ceſſaria: quibus duobus etiam ad

dam tertium. Primum eſt ꝙ vos omnes illuminati ſitis in agnoſcen do bona mundi tranſitoria que ve lociter tranſeunt vt ventus. Sed il la plene non poteſtis agnoſcere niſi fragilitatem veſtram antea cogno ſcatis quātum in ſe labilis eſt ⁊ val de prona cum peruerſa lege que mē bris veſtris eſt alligata mihi creato ri veſtro ſepe rebellans. Non tamē ex huiuſmodi lege compellitur ali quis ad peccandum ſiue ad cōmit tendum: vel vnum minimum pec catum niſi ſponte conſentiat. Ergo ſolummodo contra ſpiritum impu gnat. Necꝫ legem ipſam ego conceſ ſi hominibus: vt ipſi vincerentur at qꝫ ſuccūberent: ſed vt ipſi vincerent ⁊ ſic in animabus eorum augumen taretur atqꝫ probaretur virtus: p eo ꝙ virtus nullo modo probatur: niſi per eius oppoſitum. Senſuali tas aduerſatur quottidie ſpiritui: ⁊ ideo in illa ſenſualitate probat ani ma dilectionem quam habet in me creatore ſuo. Sed quando ſiue quo modo probatur? Quando cuꝫ odio atqꝫ diſplicentia contra ipſam inſur git. Inſuper etiam iſtam hominib⁹ impendi legem: vt in humilitate ve ra conſeruentur. Quare cum diliḡ tia debes aduertere ꝙ cū: ego creaſ ſem animam ad imaginem ⁊ ſimili tudinem meam: ⁊ ipſam excellentiſ ſime dotaſſem tanta dignitate nobi liſſima: poſtmodum illam aſſociaui cum re tam viliſſima ſicut eſt corp⁹ ex luto quippe formatum etiam al ligando ſibi legem huiuſmodi per uerſam: ne forſitā attendendo pul

ebritudinem ſuã erigeret caput ex ſuperbia contra me. Unde fragile corpus habentibus huiuſmodi lumen occaſionem exhibet humilitatis anime. Neq materiã habet elationis ſi ſe bene conſiderat homo: ſz manſuetudinis: & humilitatis. Ita ꝙ lex iſta quantumcunq perverſa nullo modo compellit aliquem ad quancunq peccati culpã propter impugnationem quam facere poſſit: ymo vobis occaſionem exhibet: vt in veritate voſmetipſos agnoſcatis & inſtabilitatem vite preſentis. Hec aperte videt debet oculus intellectus cum lumine ſanctiſſime fidei quã tibi dixi fore pupillam oculi. Hoc eſt illud lumen omnino neceſſarium omnibus habentibus in ſe rationem qui participes eſſe cupiunt vite gratie atq fructus ſanguinis immaculati agni in quocũq ſtatu fuerit. Qui vero caret iſto lumine indubitanter eſt in ſtatu dãnationis. Et iſta eſt efficaciſſima ratio ꝙ illi qui non habent lumen privati ſunt gratia: quia qui lumĩe caret ignorat omnino culpe malum & ea que ſunt ĩ cauſa: & ideo vitare neſcit: nec odire cauſam eius. Et modo conſimili qui bonum ignorat atq boni cauſam: vz virtutem: amare non põt neq optare me qui ſum verũ atq ſũmũ bonũ neq virtutẽ quã vobis exhibui velut iſtrumẽtũ: & qddã mediũ ad acgredĩedã: & ĩpetrãdam gratiam meã vbi conſiſtit eẽ bonũ. Itaq patenter advertere potes quantum vobis neceſſe ſit habere iſtud lumen: quia culpe veſtre nõ conſiſtunt in alio niſi amãdo quod odio: & odiendo: quod amo. Ego diligo virtutem & odio peccatũ. Ergo qui peccatum amat: & virtutẽ odit: ſe indubitanter offendere me noverit: & eſt gratia mea privatus. Hic ambulat veluti cecus qui peccati cauſam ignorando: vz amorem proprium ſenſitivum: non habet odio ſemetipſum: neq peccatũ agnoſcit neq malum quod ei ſequitur ex vitioſo peccato. Ignorat etiã virtutẽ atq me qui tribuo ſibi virtutẽ: vnde vitam adipiſcitur eã amplectẽdo: & exercendo. Ignorat quoq dignitatem in qua ſe conſervare põt: & ad gratiam venire mediante virtute. Vides ergo ꝙ ignorãtia: & ſua cecitas eſt occaſio ſui mali. Igit̃ vobis expedit omnino lumen iſtud habere ſicut iam dixi.

De illis qui poſuerunt affectum ſuum potius in mortificatione ꝗ̃ in occidendo propriam voluntatem: & hoc eſt plus ꝗ̃ generale lumen & eſt lumen ſecundum. Capi. xcix.

Poſtꝗ̃ anima generale lumen iſtud acquiſivit ſibi nullo modo debet eſſe contenta: qꝛ dum eſtis in hac vita mortali peregrini poteſtis: imo debetis iugiter in virtute creſcere. Qui vero creſcere minime ſtudet ipſo facto retrocedit. Quilibet ergo creſcer debet in cõmuni lumine qđ acquiſivit gratia mea mediante ſive ſollicite conari debet ad ꝓm lumen perfectum attingere: vt ꝗ ab imperfecto perveniat ad per

ſectum. Cū lumine nanq̧ vos opoꝛ
tet ad perfectionem attingere. In
hoc vero ſecundo lumine perfecto
ſ nt due maneries perfectoꝝ. Per
fecti nanq̧ dicuntur qui modū vi
uendi cōmunem ſecularium ōmiſe/
runt per viam veritatis ambulan/
tes: modo tamen duplici. Nam ali/
qui conātur iuxta poſſe perfecte ca
ſtigare coꝛpus eoꝛum cum grauiſſi/
ma ꝛ aſpera penitētia. Et vt illa ſen
ſualitas eoꝛum rationi rebellare nō
audeat omnem affectum ſuum ap/
poſuerunt magis ad moꝛtificandū
coꝛpus q̄ ad occidendum volunta
tem ꝓpꝛiam: vt alias tibi dixi. Iſti
paſcuntur ad menſam penitentie.
Et quippe boni ſunt atq̧ perfecti ſi
penitentia fundata eſt in me cū lu
mine diſcretionis: vꝫ cum vera noti
cia mei pariter ꝛ ipſoꝛum: ꝛ cum hu
militate pꝛofunda. Et pꝛeſertim ſi
attendant potius ad iudicandum
voluntatem meam q̄ voluntatem
hominum. Sed ſi non ambularent
iſto modo: vꝫ humiliter induendo
voluntatem meam: frequenter of/
fenderent perfectionem eoꝛum: iu/
dicādo temere illos qui non vadūt
ꝑ eandem viā quā ambulant ipſi.
Hoc autē accideret eis ex eo quia
ſtudium atq̧ deſiderium ſuum ap/
poſuerunt amplius ad moꝛtifican/
dum coꝛpus q̄ ad occidendum pꝛo
pꝛiam voluntatem. Tales volunt
quottidie tempus: locum: ꝛ anime
conſolationes atq̧ mundi tribula/
tiones: ꝛ diaboli pꝛelia: ſm volunta
tem pꝛopꝛiam: ꝛ non ſicut ego con/
cedo: pꝛout in ſecūdo ſtatu: ego nar
raui tibi. Iſti dicere ſolēt a pꝛopꝛia
voluntate fraudati quam ego tibi
nominaui ſpiritualem voluntatē.
Ego vellem conſolationem illam: ꝛ
non tribulationem iſtam vel diabo
li moleſtiā: nec ita deſidero pꝛopter
me: ſed vt amplius deo placere va/
leam ꝛ ipſum ex gratia magis i ani
ma mea poſſideam: quia mihi vide
tur ei ſeruire perfectius iſto modo
q̄ illo. Et ita qui talis eſt: frequēter
in penam incidit atq̧ tedium: ꝛ ita
quandoq̧ fit incompoꝛtabilis ſibi/
metipſi: ꝛ in hunc modum offendit
ſui ſtatus perfectionem. Nec aduer
tit ꝙ ibi iaceat vitanda putredo ſu
perbie cum tamen iaceat ibi: quia
ſi mens vere foꝛet humilis: ꝛ nō ita
pꝛeſumeret videret aperte cum lu/
mine rationis: ꝙ ego dulcis veritas
omnibus exhibeo ſtatum: tempus
locum: atq̧ conſolationes: vt expe/
dit veſtre ſaluti: ꝛ ad perficiendam
in anima perfectionem: ꝛ virtutis
augumentum pꝛopter quam ꝛ ad
quā eam elegi. Et agnoſceret ꝙ om
nia tribuo cum affectuoſa caritate.
Ideo cum amoꝛe debet omnia reci
pere cū reuerentia pꝛout agunt ve
ri ſerui mei de quibus tibi dicam
q manent in iſto ꝑfectiſſimo lumie.

De tertio ꝛ perfectiſſimo lumine
rationis ꝛ de operibꝰ que facit ani/
ma poſtq̄ ad ipſum ſtatum perue/
nit ꝛ de quadā pulchꝛa viſione quā
habuit hec anima. Capi. c.

Hi tertij qui dicuntur ſecundū
poſtq̄ ad huiuſmodi lumen

glorioſum pa'ti' erant in omni ſta/
tu perfecti ſunt. Et omnia que quo
modolibet eis ego concedo ſiue per
mitto cum debita reuerentia ſuſci/
piunt: vt in tertio: ⁊ vnitiuo ſtatu
anime: tibi mentionē egi. Iſti ſe re
putant omni pena dignos atq̃ mū
di ſcandalis: ⁊ cōſolatione priuati.
Et ſicut ſe pena quacūq̃ dignos eſ
ſtimant: ita ſe reputant īdignos om
ni fructu ſiue conſolatione qui: vel
que ſequi debet in fine poſt penam.
Nam in lumīe guſtauerunt ⁊ agno
uerunt eternam voluntatem meā
que nihil aliud optat: niſi bonū ve/
ſtrum: ⁊ vt ī me ſanctificati ſitis. Et
ideo vobis hec omnia ꝑmitto ⁊ affe
ctuoſa caritate pr̄na cōcedo. Poſt
q̄ anima cognouit eam induit illā
nec attendit ad alia niſi ſolū ad cō
ſeruandum: ⁊ augmentandum hu/
iuſmodi ſtatum ſuū perfectum: ad
laudem ⁊ honorē mei nominis ocu
lum intellectus apperiendo: cum ſi
dei lumine: in obiectum yeſu chriſti
crucifixi vnigeniti filij mei: aman/
do ⁊ virili corde ſequendo ſaluber/
rimam: eius doctrinam: que regula
eſt ⁊ iter omnibus: vz perfectis ⁊ in
ꝑfectis. Attendit.n. amoroſus agn⁹
ei prebere doctrinam perfectionis:
quam attente conſiderando philo
capitur in ea. Perfectio quidem
hec eſt: quia vidit ⁊ agnouit ipſum
vnigenitum filium meum: ſe nu/
triſſe ad menſam ſancti deſiderij:
quottidie perquirendo: mei: patris
eius honorem: atq̃ ſalutem veſtrā.
Et ex hoc anxio deſiderio: cum in/
gēti ſollicitudine feſtinauit ad mor
tem obprobrioſam ſalutiffere cru/
cis: ⁊ ita perfecte obedientiam in/
iunctam ei per me patrem eternū
nunquam vitando labores ⁊ obpro
bria: nec ex igratitudine veſtra: vel
ignorantia non agnoſcendo benefi
cium tam exceſſiuum ⁊ immenſum
nec ex perſecutione iudeorum ſiue
murmurationibus: vel clamoribus
populorum nunq̃ ſe quoquo modo
retraxit: ſꝫ omnia veluti miles val/
de ſtrenuus atq̃ capitaneus inui/
ctiſſimus expugnando proſtrauit.
Eum enim in campo prelij colloca
ueram vt aduerſantes demones ex
pugnaret ⁊ vos de manibus eorum
liberaret omnino. Nam eratis ipſo
rum peruerſe ſeruituti damnabili/
ter obligati: ⁊ vt ipſe vos inſtrueret
de via doctrina ⁊ regula ſua: ⁊ ita
peruenire poſſetis ad ianuam eter
ne vite vobis apertam cum claue
ſui pretioſi ſanguinis cum igne tan
te dilectionis effuſi: cum odio atq̃
diſplicentia culparum veſtrarum.
Quaſi dicat vobis amoroſus iſte
filius meus. Ecce vobis viam oſten
di: ⁊ vite durabilis aperui ianuam:
cum proprio ſanguine. Non ſitis
ergo negligentes ipſam virtuoſe
proſequi cum ignauia ſedentes in
amore proprio ⁊ cū ignorantie vie
luciſſime: atq̃ pſumptione volen
tes veſtro modo mihi ſeruire: ⁊ non
modo meo q̃ viā planā ⁊ aptiſſimā
explanaui corā vobis. Surgatis er
go ſollicite ſequentes eum: q̃ nemo
pōt ad me patrē eternū venir̄ niſi ꝑ

eum. Ipſe vobis eſt via pariter: ⁊ ia
nua per quam vos oportet ad me
mare pacificum ingredi. Cum au/
tem anima peruenit ad guſtanduʒ
hoc admirabile lumen: quia dulci/
ter vidit ⁊ agnouit ideo guſtauit:
velociſſime currit ad me: veluti phi
locapta cum ingenti dilectione ad
menſam ſancti deſiderij non viden
do ſe propter ſe: querendo conſola/
tiones proprias temporales: vel ſpi
rituales veluti perſona que totali/
ter in iſto lumine atqʒ ſalubri noti/
cia propriam voluntatem abnega/
uit. Nullum omnino laboreʒ vitat
vndecunqʒ proueniat: imo letatur
cum pena tollerare obprobria que/
cunqʒ moleſtias diabolicas: ⁊ mur/
murationes hominum: ⁊ immenſa
ſanctiſſime crucis manducat hono
ris mei cibum atqʒ ſalutis anima/
rum. Neqʒ remunerationeʒ aliquã
exquirit a me: vel ab aliqua creatu/
ra: q2 ſpoliatus eſt ab omni amore
mercenario: quia me nequaqʒ amat
aliquo reſpectu ſui: ⁊ induit in veri
tate lumen perfectum amando me
ſincere ſine reſpectu quocunqʒ vbi
ſolum ad gloriam: ⁊ laudem nomi/
nis mei nõ ſeruiendo mihi propter
propriam conſolationem: neqʒ pro/
ximo ex vtilitate quacunqʒ priuata
ſed ex amore puro. Iſti perdiderũt
ſemetipſos exuentes hominem vete
rem ⁊ induti nouum hominem: vʒ
yeſum chriſtum vnigenitum meũ:
ipm virili corde ſequẽtes Iſti ſunt
qui ſedent ad menſam ſancti deſi/
derij qui ſolicitudinem ampliorem
oppoſuerunt ad occidendum vo/
luntatem propriam q̃ʒ ad mortifi/
candum corpus. ipſi quippe morti/
ficant etiam corpus: ſed non pro af/
fectu principali: ſed velut inſtrumẽ
tum ⁊ in adiutorium ad occidendũ
propriam voluntatem: ſicut ego ti/
bi ſupradixi ſuper illo verbo dicẽs
q̃ ego delectabar in paucis verbis
⁊ multis operibus: ⁊ ita facere de/
betis: quia principalis affectus eſſe
debet in occidendo propriam volũ
tatem: vt non querat: neqʒ velit: ni/
ſi ſolummodo ſequi yeſum chriſtuʒ
crucifixum honorem ⁊ gloriam no/
mini meo exquirendo ſollicite at/
qʒ ſalutem animarum. Iſti qui con
ſiſtunt in iſto glorioſo lumine reali
ter: ita faciunt. Et ideo ſemper in/
quiete morantur: nec habent: vnde
ſcandalizentur: q2 remouerunt a ſe
voluntatem propriam: vnde ſcan/
dalum oriebatur. Et omnes mundi
perſecutiones: vel aduerſarij tem/
ptationes vicerunt illas vilipen/
dendo ſuppeditantes. Ipſi ꝯſiſtunt
in aqua multarum tribulationum
atqʒ temptationum: ſed in fine nul/
lum omnino detrimentum habent
eo quia roborati ſunt atqʒ fulciti a
ſuſtentaculo ſancti ⁊ igniti deſiderij
Omnia prebent eis gaudij ſancti
materiam. Neqʒ iudicant aliquan/
do ſeruos meos: vel alias rationabi
les creaturas: imo letantur de quo/
cunqʒ ſtatu ſiue modo queʒ vident
gaudendo dicentes. Gratias tibi
pater eterne: quoniam in domo tua
manſiones multe ſunt ⁊ varie. Et
ampliori gaudio letantur attendẽ/
tes amicos meos ꝑ varias vias am

bulantes q̄ ſi omnes per eandez vi
am ambularent: quia magis in hoc
apparet excellentia mee bonitatis.
Et omnibus augetur eis gaudium
⁊ attrahunt odorem roſarum. Nec
ſolummodo de bono virtutis hedi/
ficantur verumetiam de manife/
ſto peccato iudicare nolunt: imo cū
vna caritatiua compaſſione me p̄
tranſgreſſoribus huiuſmodi depre/
cantur cum humilitate perfecta di
centes: hodie tibi: ⁊ cras mihi niſi di
uina gratia me conſeruet. O cariſ/
ſima filia cordialiter afficiaris atq̄
congaude ad hunc excellentem at/
q̄ glorioſum statū. Et aſpicias iſtos
qui currunt in iſto precioſo lumine
⁊ ipſorum excellentiam eo quia mē
tes habent omnino ſanctas comē/
dentes ad menſam ſancti deſiderij
⁊ cum lumine peruenerunt: vt ani/
marum cibo nutriantur ad hono/
rem mei patris eterni: induti veſti/
mento dulci īmaculati agni dilectiſ
ſimi filij mei: vz doctrina ſua cum
ignifera caritate. Iſti tempus āmit
tere nolunt in dando falſa iudicia
contra ſeruos meos: nec contra ſer
uos mundi: nec ſcandalizantur ex
aliqua murmuratione: ſiue ſit con/
tra ſe: ſiue contra proximuz: murmu
rationem: nanq̄ contra ſe tollerare
contentantur amore mei: quādo ve
ro fit aduerſus alios ex compaſſio/
ne proximi tollerant: ⁊ non iudican
do: ſiue murmurando contra pati/
entem: vel agentem: quoniaz amor
eoruz ordinatus eſt in me celeſti pa
tre ac etiam in proximo ſuo. Et quo
niam ordinatus eſt nullo tempore
ſcandalizantur verſus eos quos: ita
diligunt: vel circa creaturaz aliquā
habentem in ſe rationem. Ac etiam
iudicare voluntatem alicuius ho/
minis omnino renuunt: imo ſolum
in omnibus iudicant voluntatem
clementie mee. Iſti doctrinam ob/
ſeruant: in principio vite tue tibi da
tam ab vnigenito filio meo duz ab
eo poſtulaſti cum ingenti deſiderio
quomodo peruenire poſſes ad per/
fectam puritatem. Apertiſſime tibi
reſpondit. Si tu vis ad perfectam
puritatez venire atq̄ ſcandalis om
nibus: eſſe priuata ſemper vniaris
in me per amoris affectum eo: quia
ſumma ſum ⁊ eterna puritas: ⁊ ſum
ignis ille qui animam ī veritate pu
rifico. Unde quāto mihi magis ad
heret tanto magis efficitur pura: ⁊
quanto magis a me diſcedens elon
gatur amplius efficitur īmūda. Et
ideo cadunt in tot iniquitates ho/
mines vite preſentis qui elongati
ſunt a me. Nam anima que ſe mihi
realiter vnit procul dubio de puri/
tate mea participat. Rem etiam ali
am te facere conuenit: vt attingere
poſſis ad vnionem atq̄ puritatem
iſtam: vz vt nunq̄ iudices ī aliqua
re quaz videris ab aliquo fieri ſiue
dici contra te: ſiue contra alium vo
luntatem hominum: ſed in omnibꝰ
voluntatem meam. Et ſi tu videres
etiam peccatū expreſſum extrahas
ab iſta ſpina roſam odoriferam: vz
eos offerendo coram me per veram
⁊ fraternam compaſſionem. Et in
iniurijs tibi factis iudica: iudica q̄
voluntas mea: ita permittit vel or/

dinat ad experientiam virtutis in te pariter ⁊ in alijs amicis meis iudicando ꝙ ille facit ita velut instrumentum a me poſitum ⁊ ad hoc electum: ⁊ precipue q꞉ frequenter accidit huiuſmodi bonam intentioneʒ habere: q꞉ nemo iudicare poteſt occulta cordis hominum. Illud vero quod non vides vel agnoſcis expreſſum ⁊ apertum eſſe mortale peccatū in mente tua iudicare nullo modo debes: immo ſolūmodo voluntatem meam in eis. Si autem expreſſe cognoueris etiā non debes aſſumere pro iuditio ſed per compaſſionem vt iam dixi: ⁊ iſto modo peruenies ad puritatem perfectam: quia ſic agendo tua mēs nullo tempore ſcandelizabitur in me nec in proximo tuo. Nam indignatio ſolet accidere contra proximum quādo iudicatis voluntatem eius eſſe malaʒ contra vos ⁊ non voluntatem meā in eo. Que quidem indignatio ſeparat animam a me: atqꝫ perfectionē veſtram impedit: ⁊ in quibuſdā etiam aliquādo gratiam aufert ab ea plus vel minus iuxta grauedinem indignationis vel odij concepti cōtra proximum propter huiuſmodi iuditium. Sed econuerſo pacē anima ſentit in ſe que voluntatem meam iudicat vt eſt dictum que ſolūmodo bonum veſtrum exoptat. Et omnia quecunqꝫ do vobis vel permitto facio ſolum vt habeatis illuʒ finem glorioſum ad quem ego creaui vos. Et quia talis iugiter in dilectione ſui proximi conſiſtit etiā immoratur in dilectione mea vbi conſiſtens vnitur in me. Ideo ſi deſideras ad puritatem attingere quam a me petis omnino tibi neceſſariuʒ eſt iſta tria principalia facere. Primo vt vniaris in me per affectum amoris in memoria iugiter habendo benefitia mea que tibi feci ⁊ oculto intellectus attendendo mee charitatis affectum: quia vere vos ineffabiliter diligo. Et in hominis voluntate iudicare debetis voluntatem meam ⁊ non malam voluntatem hominum perſequentium ſiue detrahentium quoniam ego ſolus iudex exiſto ⁊ non vos: ⁊ hinc extrahere poteris omnem perfectionem. Et hec eſt illa doctrina quam tibi tradidit verbum incarnatum ſi bene meminiſti. Nunc amantiſſima filia mea tibi dico ꝙ iſti de quibus tibi dicebam ꝙ videbatur eos huiuſmodi doctrinam opere didiciſſe in vita preſenti guſtant arram eterne vite. Si doctrinam iſtam in mente conſeruaueris indubitanter euades diabolicas fraudes quia cognoſces eas etiam a remotis. Et inſuper ea que a me petiſti: nihilominus ad ſatiſfaciendum ſancto deſiderio tuo clarius tibi pandam aperte demonſtrando ꝙ nullum iuditium vos virtuoſe dare poteſtis pro iuditio ſed pro ſancta compaſſione.

Per quem modum arrā eterne vite recipiunt in vita preſenti qui cōſiſtunt in iſto glorioſo ⁊ perfectiſſimo tertio lumine. Capi. cl.

DIxi tibi ꝙ huiuſmodi ſerui mei recipiunt arram eterne

vite in preſenti ſeculo. Arraꝫ vtiqꝫ recipiunt ſed nõ ſolutionẽ ad plenũ Nã expectant illam in me vita durabili feliciter hẽre vbi ſemper eſt vita ſine morte: ſatietas abſqꝫ faſtidio: atqꝫ fames abſqꝫ pena. Quĩ eſt a fame remota quecũqꝫ pena: nam ibi oẽs habẽt oĩa que deſiderãt: tamen a ſatietate remotũ eſt oẽ faſtidiũ qm̃ ego ſum eis vite cibꝰ abſqꝫ defectu quocunqꝫ. Sed in vita pñti recipiunt arrã iſto mõ: qm̃ incipit hic aĩa feſceſcere ꝛ feruenter optare mei patris eterni gloriã ꝛ honorẽ atqꝫ cibũ ſalutis animarũ: ꝛ iſto cibo famẽ ſuã paſcit. Qꝛ vꝫ anima nutritur ex caritate proximi ſalutẽ cuius ingẽti fame peroptat. Et hoc eius deſideriũ eſt ei quaſi cibus ex quo nutrit̃. Nunq̃ tamẽ in pñti vita ſatiat̃ qm̃ inſaciabilis eſt: ꝛ ipſi quotidie remanet ipſa fames. Et velut arra eſt initiũ ſecuritatis que datur hoĩ pro futura ſolutione cõpleta lꝫ in ſe ſit imperfecta: niſi qꝛ recipiẽs illã ẽ in mẽte certificatus de ſolutione futura recipiẽda: ſic hec aĩa philocapta ꝛ veſtita doctrina mee veritatis q̃ iã accepit arrã in ſemetipſa mee charitatis atqꝫ primi ſui expectat in vita durabili recipe ꝑfectionẽ itegre ſolutiõis ĩdubitanter. Hec arra qdẽ eſt ĩperfecta: naꝫ aĩa q̃ guſtat illã nõ hẽt adhuc ꝑfectionẽ abſolute ita ꝙ nõ ſentiat ĩ ſe penã ꝛ in aliĳs. In ſe quippe penaꝫ hꝫ ex offenſa mea ꝑ legẽ puer ſam q̃ ligat̃ in mẽbris eiꝰ q̃ contra ſpm̃ ĩpugnat. In aliĳs aũt ex offenſiõe primi ſui. Perfecta qdẽ eſt quo ad gratiã nõ tñ in ea ꝑfectiõe q̃ ſci mei dotantur: qui iã ad me ꝑuenerũt vitã durabilẽ ſicut iã tibi dixi ꝙ coꝝ affectuoſa deſideria ſunt abſqꝫ pena: veſtra vero ſunt cũ pena. Stãt igit̃ iſti fñi mei qui ĩ nutriunt̃ ad mẽſaꝫ huius deſiderĳ ſci: vt alias tibi dixi btĩ ſimul ꝛ doloroſi ꝓut vnigenitꝰ filiꝰ meꝰ in cruce ſtabat. Caro naqꝫ ſua ꝑ illata tormenta grauiſſima valde dolebat: ſꝫ eiꝰ aĩa btã ſperat ex vniõe diuine nature. Similiter iſti btĩ ſunt ex vniõe ſci deſiderĳ eorũ in me ſicut iã dixi: q̃ĩ ĩduerunt ex toto dulcẽ voluntatẽ meã. Doloroſi vero ſunt ex cõpaſſiõe primoꝝ ꝛ qꝛ ſenſualitatẽ ꝓpriã iugiter affligũt auſſerendo ſibimetipſis oẽs delitias atqꝫ ſenſuales conſolationes.

Quõ primus argui debeat volẽdo vitare iudiciũ falſũ. Capi. cij.

Nunc aduerte cariſſima filia. Nã vt amplius eſſes in tua mẽte declarata ſup eo qꝺ a me poſtulaſti dixi tibi de cõi lumĩe quod oẽs hĩe deberis ĩ quocũqꝫ ſtatu fueritis. Loquor de illis qui comorant̃ ĩ caritate cõi. Ac ẽt tibi dixi de illis qui ſunt ĩ lumine ꝑfecto. Qꝺ vtiqꝫ lumẽ in duo tibi diſtinxi. Vnũ erat illoꝝ qui diſcedẽtes a ſeculari vita ſtudebãt valde mortificare ſua corpora. Scđm erat illoꝝ qui ꝑncipaliter vacabãt ad occidẽdũ ꝓpriã voluntatem. Et iſti ſunt illi ꝑfecti qui ſe nutriebant ad menſam ſancti deſiderĳ. Nunc autem in particulari tibi loquar licet loquendo tibi pro

cerit etiam aliq̃s:⁊ ita tuo deſiderio
ſatiſfaciam.Ego volo te p̃cipue tria
facere:vt ex ignorantia non impe/
diatur in aliquo pfectio tua ad quã
ego te voco ⁊ inuito:⁊ vt aduerſari/
us diabol⁹ ſub ſpecie boni atqꝫ mã/
tello virtutis caritatis proximi nu
trire non valeat in anima tua radi
cem preſumptionis: quoniam hinc
in falſa iuditia precipitareris que
tibi prohibui. Tibi quideꝫ iuſte iu
dicare videretur: ⁊ econuerſo tu iu
dicares iniuſte ſequendo tuum vi/
dere.Et aliquando demonium veri
tates tibi plures oſtenderet: vt po/
ſtea te precipitaret in falſitatem at/
qꝫ mendatium. Et hoc ideo faceret
vt eſſes iudex intentionum atqꝫ mẽ
tium creaturarum habentium ĩ ſe
rationem.Et hoc eſt abſolute ſolum
modo meum. Hoc eſt vnuꝫ ex illis
que volo ꝙ omnino ſerues: ⁊ habe/
as in te:vꝫ ꝙ neminẽ iudices abſqꝫ
modo:ſed volo iuditium tuum ha/
bere modum.Modus auteꝫ eſt iſte
ꝙ niſi defectum proximi tui prius
expreſſe non ſoluꝫ:ſemel vel bis: im
mo plures aperte manifeſtarem in
mente tua non debes in particula/
ri redarguere:vꝫ illum in quo tibi
videtur eſſe defectus. Sed in com/
muni corrigere debes vitia te viſi/
tantium caritatiue:plantando vir/
tutes:⁊ cũ affabili benignitate. Ta
men quando videris expedire cum
benignitate poteris:etiam aſperita
tem immiſcere. Quamuis ergo tibi
videatur ꝙ ego tibi pandam defe/
ctus alienos:niſi cognoſcas expreſſe
meam eſſe reuelationem:vt iam di/
xi non arguas iñ particulari:ſꝫ am
bula per viam tutiorem: vt vitare
poſſis aſtutiam atqꝫ fraudem dia/
boli.Quia cum hamo talis deſide/
rij te decipere poſſet inducẽdo te ad
iudicandum in proximo quod a ve
ritate remotum eſſet: vnde poſſes
cum ſepe fruſtra ⁊ iniuſte ſcandali/
zare.Unde ſit in ore tuo ſilentium:
vel vnum ſanctum colloquium in
cõmendando virtutes ⁊ vitia con/
temnendo.Et quando tibi videre/
tur in proximo tuo defectuꝫ aliquẽ
agnoſcere cum quadam humilita/
te dulci vnaſecum: etiã temetipſaꝫ
argue. Tunc ſi vero vitium illud
erit in proximo quem corrigere cu/
pis:abſqꝫ dubio corripietur:⁊ emen
dabitur agilius attendendo ſe: ita
dulciter eſſe comprehenſum:⁊ illico
tibi dicet illud quod ei dicere vole/
bas.Tu ꝓ̃o ſecura ſtabis:⁊ ita dia/
bolo precidiſti:⁊ obſtruxiſti viam:
quia te decipeř non valebit: nec im
pedire perfectioneꝫ anime tue. Jtẽ
volo te prudenter aduertere:q: con
fidere non debes iñ aliqua viſione:
ſed potius huiuſmodi poſtrigare co
neris:⁊ eas humili corde vitare. Et
ſolũmodo remaneř ſtudeas iñ agni
tione tue:⁊ in te cognoſcere meam ĩ
eſtimabilẽ bonitatem. Jta faciunt
illi qui peruenerunt ad ſtatum per
fectionis de quibus tibi dixi: quia
quottidie redibant ad valleꝫ cogni
tionis ipſorum. Neqꝫ tamen hoc im
pediebat in eis altitudinem vnio/
nis quã in me fecerant. Et hoc vnũ
eſt illorum trium que te volo ſerua/
re:vt in veritate mihi ſeruias.

**Si quis in oratione videret aliquem proximum eſſe tenebroſum: non tamen debet ex hoc a ſeruo dei temere iudicari ꝙ ille ſit in peccato mortali. Capi. ciij.**

SEcundum eſt de quo declarari petiſti: ꝙ ſi quandoqꝫ contingeret: ꝙ me rogares in particulari pro aliquibus proximis tuis: ⁊ in oratione videres in vno pro quo rogas aliquod gratie lumen: ⁊ in alio non: licet ambo ſint amici mei: ſed tibi videretur: ꝙ vnus mentem haberet inuolutam atqꝫ tenebroſam: tu vero non debes: nec etiã virtuoſe potes eum iudicare: ꝙ graui culpe ſubiaceat: q2 frequentiſſime iuditium huiuſmodi falſuꝫ eſſet. Unde volo te non ignorare ꝙ aliquando: tu me rogas pro eadem perſona: ⁊ vna vice videbis eam cum lumine iocundo: ⁊ vno deſiderio ſancto coram me in tantum: ꝙ de bono illius videbitur tibi: ꝙ anima tua pinguescat: vt affectꝰ vere caritatis exigit: ſ. vt vnuſquiſqꝫ letetur: ⁊ exultet de proſperitate proximi ſui: ⁊ alia vice videbis eum ita: ꝙ tibi videbitur mentem ſuam valde remotã a me totã tenebroſam atqꝫ moleſtijs excogitatam ita ꝙ tibimetipſi videbitur valde laborioſum orationem effundere coram me pro eo. Quando ꝗ hoc ex aliquo contigit defectu illius pro quo rogas multotiens tamen occurrit: non ex defectu ſuo: ſꝫ quoniam ego deus eternus ab eius anima me ſubtraxi per ſenſum prout: ego frequenter ago: vt anima perueniat ad perfectionem prout: ego in ſtatibus anime tibi narraui. Q2 me quandoqꝫ ſubtraho per ſenſum ſed non per gratiã. Unde tunc anima non ſentit aliquam dulcedinem vel conſolationẽ: ideo mens eſt arida ſterilis atqꝫ penoſa quam penã etiã extendere pmitto: vſqꝫ ad animam illius qui orat pro tali. Et hoc ago ex affectuoſa caritate quam habeo ad illam animam que recipit orationẽ: vt ille qui me rogat vna ſecum adiuuet ad diſſoluendam nubem que mentem eius obumbrauerat. Itaqꝫ dulciſſima filia vides cũ quãta procedit ignorantia: ⁊ quantum eſſet arguendus ille qui iudicare vellet ex iſta ſimplici viſione: ꝙ vitium graue foret in anima tali q̃ nis: ego demonſtraſſem: ita tenebroſam: de qua iam vidiſti: ⁊ intellexiſti: q2 non eſt priuata gratia: ſed ſolummodo ſenſu dulcedinis quam ei de me dabã. Igitur volo tu quoqꝫ velle debes: ⁊ alij ſerui mei ꝙ attendatis: valde diligenter ad agnitionem veſtri: vt perfectius agnoſcatis in vobis inextimabilem bonitatem meam. Et hoc ⁊ aliud etiã iuditium mihi relinquatis: q2 meũ eſt ⁊ non veſtruꝫ. Sed omittatis iuditium quod vtiqꝫ meum eſt ⁊ aſſumatis veſtre menti compaſſionem: erga proximum cum fame honoris mei atqꝫ ſalutis animarum cuꝫ anxio deſiderio ãnunciando virtutes: vitia vero redarguite in vobis ⁊ in eis: vt ibi ſuperius eſt expreſſuꝫ. Et in hunc modum in veritate venies ad me demõſtrans apte meminiſſe

doctrine cum obſeruantia comēdabili quam ab incarnata veritate recepiſti vȝ in omnibus voluntatem meā iudicando ⁊ non voluntatem hoīum. Et ita facere debes ſi deſideras in veritate virtutē adipiſci realem ⁊ in morari iugiter in vltimo ꝑfectiſſimo atqȝ glorioſo lumine nutriendo te ſemꝑ in menſa deſiderij ſancti de cibo ſalutiffero aīarum ad gloriā ⁊ laudē ſancti mei nominis.

## Quō penitentia ſūmi non vȝ ꝑ fundamento principali ſed affectus ⁊ amor virtutum. Capi. ciiij.

Tibi cariſſima filia dixi d' duobus nūc vero tertiū addā qd a te requiro circa qd hēas aduertētiā ⁊ argue temetipſam ſi qn̄qȝ moleſtiam ſenſeris a diabolo: vel a preſumptione tua deſiderando videre ſeruos meos oēs ambulare ꝑ viam illā ꝑ quam tu vadis. Nam hoc eēt ꝯtra doctrinā quam veritas incarnata tibi tradidit. Qꝛ frequēter occurrit ꝙ aliq vadunt ꝑ viā abſtinētie: vel admirabilis penitētie: ⁊ ita vellent oēs agere. Si vero ita fieri nō viderint aſſumunt inde diſplicētiam ⁊ ī ſe ſcādalizant iudicādo tales nō ambulare ſalubꝛiter. Attēde ꝙ iſti valde decipiunt: qꝛ frequēter accidit ꝙ ille de quo ſic iudicāt ampliorē merebit hic grām lȝ ipſe ſe ñ affligat in tanta penitentia ꝗ̄ illi q ſcādalizant in eo ⁊ maiori penitētia ꝯterunt. Et ideo tibi iam dixi ꝙ illi qui paſcunt ī menſa penitentie niſi pcedant cū humilitate vera: ⁊ ꝙ ꝑ ꝑncipali fundamēto: ⁊ affectu non aſſumāt pniam ipſam: ſȝ ꝑ virtutis īſtrumēto: ſepe pp huiuſmodi murmuratonē ſuā pfectionē offendūt. Et ideo nō debēt ignorāter icedere ſȝ attēdere: qꝛ pfectio nō ꝯſiſtit solū mōi macerādo corpus: imo potius ī occidēdo puerſam atqȝ ppriā volūtatē. Et ꝑ hāc viā abnegate voluntatis ⁊ voluntati mee ſubdite deſiderare debetis oēs ābulare. Hec ē doctrina lucis illi⁹ luminis glorioſi ī quo aīa philocapta currit induta realiter voluntatē meā. Nō tn̄ ego ꝯtēno penitētiā: qꝛ penitētia quidē vtilis ē ad domādū atqȝ caſtigādū corpus qn̄ cōtra ſpm īpugnare vellet. Sȝ amātiſſima filia nolo ꝙ hoc accipias tanqȝ regulā oībus īponēdā. Nā oīa corpora nō ſunt equales cōplexionis qꝛ nature fortioris eſt vnus ꝗ̄ alter. Et ēt qꝛ frequēter occurrit ꝙ pp accidētia diuerſa penitentiā iā īceptam oportet ōmittere. Itaqȝ ſi fundamētū eſſet ī te: vel alteri pſuaderes ꝙ ſup penitētia faceres vel faceret oīo difficeret ⁊ eſſet ī pfectū. Et ita ꝯſolatio vobis abeēt ⁊ virtus in aīa cū effectis priuati requā iordinate diligebatis vbi feceratis pncipiū veſtrū: ⁊ ita iudicaretis vos eſſe puatos grā mea. Sic igitur exiſtimātes veniretis ad īportabile tediū ⁊ īgentē amaritudinē atqȝ ꝯfuſionē exquo pderetis exercitium veſtrū atqȝ orōnē feruentē quā offerre mihi ſolebatis agēdo penitētiā illā. Qua dimiſſa pp occurrētia plurima: nō ſapit vobis oratio illo mō quo prius: imo quodāmodo vi/

decẽ iſipida. Hoc vero ꝯtingeret qꝛ
fundamentũ eſſet collocatũ in coꝛ/
poꝛali penitẽtia ⁊ in eius affectu: ⁊
nõ in anxio deſiderio ſancto. Deſide
riũ ĩtelligo ſcãꝝ atqꝫ realiũ virtu
tum. Itaqꝫ potes attente ꝯſiderare
quot inconuenietia mala ſequerent̃
vobis volendo facere ꝑncipiũ atqꝫ
fundamentũ i penitentia coꝛpoꝛa l
qꝛ procederetis ignoꝛãter ⁊ iniuſte
murmuraretis ꝯtra ſeruos meos ⁊
veniretis ad amaritudinẽ valde te
dioſam. Et mihi ſeruire ſtuderetis
opibus finitis cũ ego ſim bonũ eter
nũ: ⁊ iſinitũ: ⁊ ideo a vobis expecto
deſiderium infinitum. Opoꝛtet er/
go ꝙ fundamentum veſtrum ſit in
occidendo ⁊ abnegando pꝛopꝛiam
voluntatẽ: ⁊ cum ea voluntati mee
ſubiecta mihi pꝛebebitis infinitum
famelicum atqꝫ dulce deſideriũ ho
noꝛem meum exquirendo: ⁊ anima
rum ſalutem. Et ita nutrietis vos i
menſa ſancti deſiderij quod nunq̃ i
ſe vel in pꝛoximo ſuo ſcandalizatur
ſed in omnibus exultando gaudet
atqꝫ fructum extrahit de tot: ⁊ ita
varijs modis quos in animarum ſa
lute teneo. Non ita faciunt illi mi/
ſeri qui doctrinam iſtam obſeruare
nolunt viam vtiqꝫ dulcem atqꝫ dir
rectam a dilectiſſimo filio meo vo/
bis exhibitam ⁊ oſtenſam: imo faci
unt oppoſitum iudicando temere
iuxta cecam infirmitatem eoꝛum.
Et ideo veluti frenetici ſuam viam
ignoꝛant: vnde ſemetipſos inueni/
unt eſſe pꝛiuatos bono terreno pa/
riter ⁊ celeſti. Et vt alias dixi guſtãt
in vita pꝛeſenti arraꝫ inferni.

Repetitio in ſumma cum qua/
dam additione de repꝛehenſione ꝓ
ximi. Capi. cv.

Nunc ergo filia cariſſima ſa/
tiſfaciendo tuo deſiderio de/
claraui te ſuper eo quod a me poſtu
laſti vꝫ quomodo pꝛoximum argue
re debeas ne quandoqꝫ demoniaca
fraude decipiaris: nec etiam ab in/
fimo iuditio tuo: quia vꝫ in genera
li arguer̃ debes: ⁊ non in ſpeciali ni
ſi foꝛte tibi reuelaſſem expꝛeſſe: ſed
cum humilitate ſicut admonui te
redarguere debes vna cum eis te/
metipſam. Etiam tibi dixi ⁊ itera/
to dico: quia nullo modo licet tibi
iudicare creaturam aliquam ratio
nalem in cõmuni ſiue particulari:
neqꝫ mentes amicoꝛum meoꝛum ſi
ue repperias eas eſſe diſpoſitas: vel
etiam indiſpoſitas: pꝛopalando ti/
bi cauſam quare iudicare nõ debes
quia iudicãdo pꝛoculdubio te frau
datam inuenires in tuo iuditio.
Sed tu pariter ⁊ alij compaſſioneꝫ
habere debetis: iuditium vero mi/
hi relinquatis. Etiam te docui do/
ctrinam quaꝫ exhibere debes veni
entibus ad te pꝛo cõſilio quomodo
poſſint egredi de tenebris moꝛtali/
um peccatoꝛum: ⁊ viam pꝛoſequi
virtutum: vt videlicet eis exhibere
coneris pꝛo pꝛincipio atqꝫ funda/
mento virtutum amoꝛem: ⁊ affe/
ctum cum ipſoꝛum agnitione pari/
ter ⁊ mee bonitatis i eis ⁊ abnegẽt
⁊ occidant in ſe pꝛopꝛiam volũta/
tem: vt in nullo mihi penitus rebel
les inueniant̃. Penitẽtiã aũt eis ex

hibe velut inſtrumentum virtutis: ⁊ non pro affectu principali: ſicut iã dixi: non tamen equaliter omnib⁹: imo prout videris eos ad portandum aptos: ⁊ iuxta poſſibilitatem atqꝫ ſtatum ſuum. Aliqui poſſunt amplius aliqui vero min⁹: ſm̄ aptitudinem exteriorum inſtrumentorum. Et qꝛ te monui ꝙ in generali proximos argueres: ⁊ non in particulari: nolo tñ vt credas ꝙ actualiter videndo quendam expreſſum defectũ in proximo tuo tu non poſſis eum corrigere inter te ⁊ ipſum imo potes. Et etiam ſi eſſet obſtinatus ad ſe corrigendum ordinate potes ⁊ iuſte maniſeſtare duobus: vel tribus. Et ſi non prodeſt ita feciſſe potes eccleſie ſancte corpori miſtico patefacere. Sed ego te cautam eſſe volui ne temere iudicare velles ex aliqua viſione leui: vel per ſenſum ĩ tua mente: nec etiam per viſum exteriorem tu non debes precipitanter: ⁊ incaute proſpicere ad arguendum proximum in ſpeciali: niſi tibi conſtaret a me procedere per expreſſam reuelationem: ⁊ eo modo ſicut iaꝫ dixi. Hec via tutior eſt vt a diabolo decipi non valeas ſub vmbra caritatis proximi.

De ſignis ad agnoſcendum: quãdo viſitationes: ⁊ viſiones mẽtales adeo ſint: vel a diabolo. Capi.cvi.

Expleui cariſſima filia declarare te ſuper hoc articulo ꝗ̃tum expediens eſt ad conſeruandã ⁊ augendam perfectionẽ in anima tua. Modo te declarare volo ſuper eo quod a me poſtulaſti: vꝫ de ſigno quo poſſis aperte cognoſcere ſi viſio vel viſitatio mentalis quaꝫ anima recipit aliquando: fuerit a me: vel a diabolo. Super hoc alias tibi dixi ꝙ quando procedit a me viſitatio ſignum erat alacritas in anima remanens poſt viſitationem fameſqꝫ virtutum ⁊ precipue cum anima remanet vncta virtute profunde humilitatis atqꝫ diuine caritatis igne ſuccenſa. Sed qꝛ petis vtrũ in alacritate tali poſſit intereſſe fraus aliqua diabolica: quia ſi ſic eſſet velles via tutiori perambulare: vꝫ habẽdo ⁊ attendendo ſignum virtutis q̃ decipi non valet: ego tibi pandam in preſenti fraudem que recipi poteſt: ⁊ quomodo cognoſcere poſſis vtrum allacritas illa fuerit in veritate an non. Fraus inimici poteſt iſto modo recipi. Ego volo te noſſe quia quodcunqꝫ creatura rationalis amat vel optat haberẽ poſtꝗ̃ habuit inde gaudium habet. Et quanto magis amat id quod habet tãto minus videt: vel prudenter agnoſcerẽ ſtudet: vnde venerit ex delectatione quam habet: ⁊ aſſumpſit habendo rem quam optauerat. Que delectatio: vel alacritas inordinata mentem eius impedit ne videat vel diſcernat. Sic iſti qui delectantur ⁊ appetunt habere conſolationes huiuſmodi: mentales: viſiones exquirunt ⁊ amplius principalem affectum in cõſolationis delectatione poſuerunt ꝗ̃ in me directe. Sicut ego tibi dixi de illis qui adhuc

erāt in ſtatu imperfecto qui magis
attendebant ad donum conſolatio
nuz quas a me donatore recipiebāt
q̄z ad mee caritatis affectuz cū quo
largior eis. Hinc ergo tales in alla
critate ſua facillime decipi poſſunt
vltra fraudes alias quas in alio lo
co tibi diſtincte recitaui. Aliquādo
nanqz fraudantur in iſto. Qꝛ poſt
ꝙ ipſi conceperunt amorez ⁊ auidi
tatem ad huiuſmodi conſolationes
vt eſt dictum ex quo poſtea recipit
conſolationem: vel viſionem eorum
anima letatur valde: qꝛ ſe recipiſſe
videt quod amat ⁊ optabat habere
Unde ſepius hec allacritas a demo
nio procedere poſſet licet allacrita/
tem huiuſmodi ſentiret de qua tibi
dixi ꝙ quādo viſitatio procedebat
a demonio veniebat ad animaz cū
quadam allacritate poſtea vero cū
pena remanebat atqz cōſcientie ſti
mulo vacua virtutum deſiderio.
Nunc autem auiſo te ꝙ anima quā
doqz poterit alachritatem iſtaz ha
bere ac etiam cum eadez ab oratio
ne ſurget. Attente tamen aduerten
dum eſt quia ſi fuerit hec allachri/
tas abſqz virtutis igniſero deſide/
rio ⁊ humilitate peruncta non re/
manſerit anima: nec ī fornace mee
diuine caritatis exuſta talis viſio:
conſolatio: ⁊ viſitatio indubitanter
a diabolo procedit: ⁊ non a me non
obſtante: ꝙ anima ſignum allachri
tatis in ſe perceperit. Sed quia ta/
lis allachritas iuncta non eſt cum
affectu virtutis modo predicto ma
nifeſte patet alachritatez illam ab
amore mentalis conſolationis pro/
prie procederē. Ideo letatur anima
gaudēdo ꝙ habet quod optauerat.
Naz eſt amoris vera conditio in oc
currētibus quibuſcūqz ſentire gau
dium habendo quod amat ⁊ optat.
Itaqz confidendum non eſt in hac
allachritate pura: licet allacritas il
la ſimul cum tali conſolatione per/
duraret: vel etiam vltra. Quoniaz
amor ignorans ex ipſo gaudio non
agnoſceret ibi fraudem ad eſſe dia/
bolicam non ambulando caute cuz
ampliori prudentia. Si vero pru/
denter ambulare ſtudebit attente
conſiderabit vtruz allachritas iſta
aſſociata fuerit ab affectu virtutū.
Et ita manifeſte perpendet viſionē
huiuſmodi fuiſſe meam vel diabo/
li. Hoc eſt ergo ſignū illud quo me
diante poſſis intelligere qualitatez
huius allachritatis quando mens
viſitatur a me: vz cum eſt vnita cuz
affectuoſo deſiderio virtutuz. Hoc
eſt vtiqz veriſſimum ſignum: vt qui
libet agnoſcere poſſit aperte quan/
do viſitatur a me: vel quando talis
allachritas ab amore cōſolationis
proprie procederet. Etiam viſitatio
diabolica cognoſcitur aperte: quia
prebet aliquaz allachritatē in aſpe
ctu primo: ⁊ in fine tantam virtutē
in ſe repperit quantam prius habe
bat: ⁊ allachritas iſta procedit ab
amore proprie conſolationis quam
optat: vt eſt ibi ſupradictum. Etiaz
volo te noſſe ꝙ non omnes ab hac
allacritate decipiuntur: niſi ſolum/
modo tales imperfecti qui letātur
gaudendo talibus viſionibus atqz
proprijs cōſolationibus qui magis

attendūt ad mea dona q̃ʒ ad me do/
natoꝛē. Sed illi qui pure ſine reſpe/
ctu proprie conſolationis eoꝛum at/
tendunt ad affectum mee diuine ca/
ritatis cū qua largioꝛ ab hac alla/
chꝛitate nullatenus decipi valent.
Et ideo ſubito recurrūt ad iſtud ve/
riſſimū ſignum qñ diabolus vellet
aliqñ cū fraude transfoꝛmando ſe i
angeluꝫ lucis eos illaqueare ſiue de/
cipere veniens ad mentes coꝝ cum
alachꝛitate iocunda. Ipſi vero qui
mime paſſionati ſunt ab amoꝛe ꝓ/
prie ꝯſolationis illico prudenter in
mentibus coꝝ agnoſcūt diabolicaꝫ
fraudē. Nā allachꝛitate cito ꝑtereū/
te ꝯſpiciunt ſe tenebꝛis eſſe circūda/
tos. Et ideo ſemetipſos humiliāt cū
vera noticia ſui ꝯtēnendo q̃ʒcunq̃ʒ
ꝯſolationē amplectentes: ⁊ aſtringē/
tes mee veritatis doctrinā. Demo/
niū vero vidēdo ſe ꝯfuſuꝫ vltra nū/
q̃ʒ vel raro ſaltē ſub illa foꝛma redi/
bit. Illi ꝟo qui ſuas ꝯſolatōes appe/
tūt: vt ibi dixi ſepe decipient niſi di/
ligēter attēdāt ad huiuſmodi frau/
dem agnoſcendā: ⁊ vitandā eo mo/
do quo ſupius ē expſſum: vꝫ inueni/
endo talē allachꝛitatē abſq̃ʒ virtu/
tis affectu ⁊ ſi nō ꝑcipiant poſtea ſe
virtutis humilitate punctos ⁊ ve/
ra caritate ſuccēſos erga meū hono/
rem ⁊ aīaꝝ ſalutē: hoc egit mea bo/
nitas ineſtimabilis. ſ. q̄ ita ꝓuidit
circa vos iperfectos atq̃ʒ perfectis
in quolibet gradu ne decipi hoīes
valeant inquantū in ſe ꝯſeruare vo/
luerint lumen intellectus a me gra/
tioſe ꝯceſſum cū pupilla ſanctiſſime
fidei. Nec obūbꝛari ſe ꝑmittant ab
aduerſante demonio: nec ab amoꝛe
proprio qđ ſi ſponte ꝑdere non vul/
tis nullꝰ oīo a vobis poterit auferr̄.

Quomodo deo valde placet ille
qui petit ⁊ pulſat cum perſeueran/
tia ad ianuā ſue veritatis. Ca. cviij.

Satis apte cariſſima filia tui
oculum intellectus illumina/
ui: vt prudenter vitare valeas ini/
mici generis humani fraudes tuo
deſiderio ſatiſfaciendo ſuper eo qđ
a me poſtulaſti: quia non contemno
ſancta deſideria ſeruoꝛum meoꝛum
imo libenter accepto: ⁊ vos ad po/
ſtulandum inuito. Et quod ampli/
us eſt. Amātiſſima filia noueris qꝛ
valde mihi diſplicet ille qui nō pul/
ſat in veritate iuxta poꝛtam ſapien/
tie vnigeniti filij mei ſequendo rea/
liter ſaluberrimam doctrinaꝫ eius.
Quam omnis qui in ſequitur voceꝫ
ſancti deſiderij pulſat iugiter oꝛa/
tionibus humilibus atq̃ʒ continuis
vociferans ad me patrem eternuꝫ.
Ego vero ſum pater ille qui vobis
exhibeo panem gratie celeſtis me/
diante poꝛta dulcis mee veritatis.
Aliquando tamen ad probāda ve/
ſtra deſideria vna cum perſeueran/
tia diſſimulo vos audire tamē vos
intelligo ⁊ interim prouideo pꝛout
expedire video ſaluti veſtre. Inſu/
per exhibeo famem vobis ⁊ vocem
qua clametis ad me. Poſtea vidē/
do conſtantiam veſtram: deſideria
veſtra libenter adimpleo quando
ſunt oꝛdinata ⁊ in me directa. Ad
ita petendum atq̃ʒ pulſandum ve/

ritas incarnata vos, inuitabat in
euangelio dicens. Querite ⁊ inue/
nietis: petite ⁊ accipietis: pulſate ⁊
aperietur vobis. Et ita volo te face
re: ꝙ nunꝗ̄ vllo tempore deſiſtas a
me ſubſidium ingenti deſiderio po/
ſtulare: voce grandi mihi ſupplicā/
do: vt mūdo miſerabili miſericor/
diam faciam: neqꝫ pulſare deſiſtas
ad ianuam veritatis incarnate ſe/
quendo realiter veſtigia ſua. Dele/
lecteris inſuper in̄ cruce ſecum man
ducando cibum animarum ad glo
riam atqꝫ laudem ſancti mei nomi/
nis iugiter emittendo mugitum cū
cordis anxietate ſuper morte gene/
ris humani: quia vides ipſum ad tā
tam miſeriam adductum ꝙ lingua
tua neſciret exprimere. Cum huiuſ/
modi mugitu ⁊ clamore meoꝝ ami
corum diſpono mundo facere mi/
ſericordiã. Et hoc eſt quod a te: nec
non ⁊ ab aliis amicis meis iugiter
expeto: ⁊ hoc erit pro ſigno ꝙ in ve/
ritate me diligatis. Et ego ꝓmitto
vobis veſtra ſancta deſideria nullo
modo contemnere.

Qualiter hec anima deo regratia
tur deindeqꝫ pro toto mundo facit
orationem ⁊ precipue pro ſuis i chri
ſto filiis ⁊ pro duobus patribꝰ ani/
me ſue. Poſtea aliqua poſtulat.
Capi.cviii.

Tunc anima ſupradicta tanqꝫ ebria
videbatur extra ſemetipſam
⁊ alienatis ex toto ſenſibus corpora
libus ex amoris vnione quā in erea

tore ſuo fecerat: eleuata mente ſpe/
culando veritatem eternam cū ocu
lo intellectus veritate cognita: phi
locapta fuerat in ipſa dicens. O ſū/
ma ⁊ eterna dei bonitas: que ſiue q̄
lis ego ſum humilis atqꝫ paupercu
la cui tu pater eternus ita dignatꝰ
es tuam pateſacere veritatem: ⁊ oc
cultas diabolicas fraudes ac etiam
proprii ſenſus vitabilem paſſionem
imo deceptionem qua ego pariter:
⁊ alii ſerui tui decipi poſſumus in
iſta miſerabili vita noſtre peregri/
nationis: vt ambulemus cum cau/
tela prudenti: Quis obſecro te mo
uit. Solus amor: quia me dilexiſti
non amatus a me: imo priuſquam
eſſem. O dilectionis ignis ineffabi/
lis. Gratias: gratias ago tibi pater
eterne. Quia ſum imperfecta cir/
cundata tenebris obſcuris. Tu ve/
ro perfectio ſumma ⁊ lux inacceſſi/
bilis oſtendiſti mihi perfectionem:
⁊ viam lucidiſſimam doctrinam: vi
delicet optabilem atqꝫ ſalubrem vni
geniti filii tui. Ego iam obieram ⁊
tu me reſuſcitaſti. Multo tempore
iacueram infirma tu vero mihi me
dicinam exhibuiſti. Nec ſolummo/
do medicinam pretioſi ſanguinis
vnigeniti filii tui quam vniuerſa/
liter humano generi tribuiſti: ſed
in particulari mihi tradidiſti me/
dicinam optabilem: contra quan/
dam occultam egritudinem quam
etiam ignorabam: nec illam agno/
ſcebam inſtruendo me: ꝙ nulla te/
nus: ego iudicare preſumam aliquā
rationalem creaturam: ⁊ precipue
ſeruos tuos de qbꝰ aliqn̄ videt exce

cata ⁊ egrotans hac eram infirmi/
tate corrupta quia ſub colorata ſpe
cie tui honoris atq; ſalutis anima/
rum ego temere iudicabaʒ. Et ideo
tibi regratior affectuoſo corde ſum
ma ⁊ eterna bonitas: q: manifeſtan
do veritatem tuaʒ diabolicas frau
des atq; paſſionem propriam tu mi
hi notificaſti meam egritudinem.
vnde maieſtati tue ſupplico: vt mi/
ſericorditer atq; gratioſe: mihi con/
cedas: vt hodie finis imponatur: ⁊
terminus: vt ego nunq̃ egrediar a
via ſaluberrime doctrine tue quam
mihi pariter: ⁊ aliis omnib⁹ qui ſe/
qui voluerint eam ita gratioſe tri/
buiſti: quia ſine te nihil omnino fie
ri poteſt. Igitur ad te confugiendo
recurro pater eterne. Neq; p me ſo
la tibi ſupplico: ſed vniuerſaliter p
toto mundo ⁊ precipue pro corpore
miſtico ſancte matris eccleſie: peto
q ista tua ſacra doctrina reluceat i
ipſius eccleſie ſancte miniſtris. Ma
xime vero ſingulariter a te cum in/
ſtantia poſtulo p cunctis illis quos
mihi dediſti: vt amore precipuo dili
gaʒ quos ex affectu ſingulari feciſti
vnum eſſe mecum. Nam ad honorē
⁊ laudem tui ſancti nominis mihi
valde gratum ⁊ acceptabile refrige
rium erit eos ambulare videndo cū
ſancto feruore per viam huiuſmodi
dulcem atq; directam. O pto nan
q; q ipſi per eam velociſſime currāt
mortui penitus ad omnem volun/
tatem propriam abſq; iuditio quo/
cunq; temerario: ſine ſcandalo: ſine
murmuratione contra proximum.
Et amor mi dulciſſime ſupplico ti/
bi q nullus eorum ab infernali de
monio de manib⁹ meis auferatur
vt in vltimo die perueniant omnes
ad te patrem eternum. Inſuper of/
fero maieſtati tue petitionem aliaʒ
pro duabus columnis vʒ pro duo/
bus patribus quos ad cuſtodiaʒ at
q; doctrinam in terra mihi tribui/
ſti a principio mee conuerſationis:
vſq; nunc in ſubſidium ⁊ ad robo/
randam infirmitatem meaʒ vt eos
inſimul vnias ⁊ in duobus corpori
bus vnam animam introducas: ⁊
neuter eorum attendat ad aliud q̃
ad perficiendum in eis: ⁊ in miſte/
riis que ſuis in manibus hodie po/
ſuiſti gloriam ⁊ laudeʒ tui ſancti no
minis in ſalutem animaruʒ. Et ego
miſerabilis ⁊ indigna ſerua: vt filia
modos illos cum debita reuerentia
teneam erga illos amore tui: qui ce
dant ad honorem tuū pacem ⁊ quie
tem ipſorum ⁊ hedificationem pro
ximorum. Certiſſime ſpero veritas
eterna: quia non condēnes affectuo
ſum deſiderium meum: neq; petitio
nes quas obtuli maieſtati tue. Naʒ
aperte vidi ⁊ agnoſco put voluiſti
mihi patefacere licet etiam experi/
entia me docuerit: q: ſancta deſide/
ria libenter acceptas. Ego autem i
digna ſerua tua conabor iuxta poſ
ſe gratia tua fauente doctrinam at
q; precepta tua cum diligentia ſer/
uare. O pater eterne recordor vni/
us verbi tui quando recitabas ali/
quid de miniſtris eccleſie ſancte: q:
promiſiſti q alibi latius enarrares
de defectibus quos hodierna die cō
mittunt. Ideo ſi placet implere pro

miſſum audiam: vt augeatur in me materia doloris atq; compaſſionis cum ſancto deſiderio in ſalutem ipſorum. Jam. n. ſupra promiſiſti q cum oratione continua: lachrimis: doloribus ſudoribus atq; multa tollerantia ſeruorum tuorum nobis exhiberes optabile refrigerium in ſanctis z bonis paſtoribus eccleſiaz virtuoſe reformãdo. Ut igitur hoc in me creſcat ideo poſtulo.

Quomodo deus hanc animam ad orationem ſollicitat reſpondendo ad aliquam ſupradictarum petitionum. Capl.cix.

TUnc deus eternus miſericordie vertens oculuz huiuſmodi deſiderium vna cum illis petitionibus acceptabat: z vltime petitioni quam ei porrexerat volendo ſatiſfacere dixit. O cariſſima filia ſuper eo quod a me poſtulaſti tuum deſiderium adimplebo dum tamen ex parte tua non cõmittas ignorantiam ſiue negligentiam: qz multo grauius offenderes z acriori reprehenſione digna fores poſtea q̃ prius: qz clarius: z amplius de mea veritate cognouiſti. Et ideo valde ſollicite vdes orationes effundere pro creaturis omnibus rationalibꝰ: z pro corpore miſtico ſancte matris eccleſie atq; pro illis quos tibi tradidi: vt amore ſingulari diligas. Igitur abſq; negligentia iugiter orationem offeras in conſpectu meo prebendo proximis in vita virtutis exemplum atq; verbi doctrinam: arguendo vitia: z cõmendando virtutes indefeſſe. De columnis vero quas tibi gratioſe conceſſi z de quibus mihi dixiſti fac vt ſis eis vnum medium tribuendo vtriq; prout expedit: z ſm aptitudinem eorũ: z vt ego creator tuus inſtruxero te: quia ſine me nihil omnino potes facere: z ego tua deſideria ſalubriter adimplebo. Sz vide ne defficiatis: tu z ipſi fideliter in me ſperando: quia prouidentia mea nunq̃ defficiet vobis. Et quilibet humili corde recipiat illud qđ eſt aptus ad recipiendum. Et vnuſquiſq; miniſtret illud quod: ego tribui z in futuro tribuaz ad miniſtrãdum iuxta modulum ſuum: prout a mea bonitate recepit z recipiet.

De dignitate ſacerdotuz atq; de ſacramẽto corporis yeſu chriſti. Et de his qui digne vel indigne ſuſcipiunt vel cõmunicant. Capi.cx.

NUnc vero tibi reſpondere diſpono ſuper eo quod a me poſtulaſti de miniſtris eccleſie ſancte. Et vt veritatem apertius agnoſcere valeas aperi oculum intellectus z ipſorum excellentiam attendere diligẽter: z in quãta dignitate ſunt a me conſtituti. Et quia contraria iuxta ſe poſita magis eluceſcunt. volo tibi demonſtrare dignitatem eorum qui virtuoſe theſaurum a me cõmiſſum in manibus eorum exercent. Et ex hoc apertius intelligere poteris miſeriam eorum qui hodie paſcuntur ſiue nutriuntur ad vbera ſponſe mee. Tũc vt obediret aia

ſpeculabatur attentius in veritate
vbi videbat aperte relucere virtu
tes in veris guſtatoribus. Tūc ait
ſic deus eternus. Cariſſima filia ꝓ
us tibi volo narrare dignitatē coꝝ
in qua ꝓꝑ bonitatē meā coscolloca
ui vltra generalē amorem ꝙ habeo
⁊ oñdi ceteris creaturis meis crean
do vos omnes ad imaginem atqꝫ ſi
militudinē meam. Et poſtea vos ad
gratiam in ſanguine dilectiſſimi fi/
lij mei recreaui vnde veniſtis ad tā
tam excellentiam ex vnione diuini
tatis facta per vnigenitum filium
meum in humana natura: ꝙ in hoc
excedistis angelos: quia veſtraꝫ hu
manam ⁊ non angelicam vniuit ſi/
bi naturam. Unde ſicut iaꝫ dixi de
us factus eſt homo: ⁊ homo factus
eſt deus ex vnione vtriuſqꝫ nature.
Dignitas hec ⁊ excellentia: gen̄era/
liter eſt cōceſſa creaturis omnibus
que ſūt ratiōe capaces. Inter om/
nes autem elegi miniſtros meos ꝓ
ſalute veſtra vt ab eis vobis quot/
tidie ſanguis vnigeniti filij mei mi
niſtretur' qui vere eſt humilis ⁊ in
maculatus agnus. Iſtis etiā vt ita
loquar exhibui ſolem ad miniſtran
dum: ipſis exhibendo ſcientie lumē
atqꝫ calorem mee diuine caritatis:
inſup ⁊ colorem vnitiuū cū lumine
pariter ⁊ calorē vꝫ vnigēiti filij mei
verum corpus ⁊ ſanguineꝫ. Quod
vtiqꝫ corpus eſt veluti ſol qui mecū
eſt vnitus qui ſum vere ſol. Et hec
vnio talis eſt atqꝫ tanta quod ibi
nulla ſegregatio poteſt habere locū
ſicuti ſol diuidi non poteſt neqꝫ ca/
lor eius a luce: neqꝫ lux a calore ex
vnione ſue ꝑfectionis. Iſte ſol a ſuā
rota non abſcedens vniuerſum or/
bē illumiat ac ēt oēs volētes ab eo
calefieri ꝗtuꝫ eſt in ſe calefacit nec
ex alicuius immunditia ſol iſte fe/
datur vel inquinari poteſt. Et eius
lumen ſecum eſt iugiter vnitū vbi
iam dixi. Sic hoc verbum vꝫ vnige
nitus filius meus verus eſt ſol: to/
tus deus ⁊ totus homo quia mecuꝫ
eſt vnū ⁊ ego ſecū. Potētia mea nō
ē a ſua ſapia ſepata: neqꝫ calor ignis
ſācti ſpūs eſt a me pr̄e nec ab ipſo fi
lio meo ſegregatus q2 nobiſcū vnū
eſt: q2 ſpūs ſcūs a me patre ⁊ ab ipſo
filio meo ꝓcedit q2 ſumus idē ipſe
ſol. Ego ſum ille ſol deus eternus vñ
procedit vnigenitus filius meus at
qꝫ ſpūs ſcūs. Spūi ſancto eſt ignis
apropriatus: filio meo ſapia in qua
ſapia miniſtri mei gratie lumē hau
riūt q2 miniſtrauerūt lumeñ hoc in
lumine ⁊ cum gratitudine beneficij
recepti a me patre: ſequēdo in veri
tate doctrinam iſtius vere ſapiētie
filij mei: hoc eſt lumen illud: quod
hēt in ſe colorem vere humanitatis
vnū equidem vnitur alteri. Unde
lumen diuinitatis mee fuit illud lu
men vnitum cum colore humanita
tis veſtre qui color effuſus eſt valde
lucidus qñ fuit impaſſibilis virtu/
te nature diuine. Et hoc obiecto me
diante huius incarnati verbi con/
ſperſi ⁊ inſerti cum lumine mee dei/
tatis: ⁊ cum ignito calore ſancti. ſ.
habuiſtis in veritate lumen. Cui lu
men iſtud adminiſtrandum exhi/
bui. Miniſtris meis in corpore mi/
ſtico ſancte matris eccleſie: vt vitaꝫ

habeatis ab eis accipiendo venera
bile ſacramentum corporis eius in
cibum ⁊ ſanguinem eius in potum.
Dixi tibi ꝙ huiuſmodi corpꝰ eſt ve
luti ſol: vnde non poteſt vobis exhi/
beri corpus abſqꝫ ſanguie: neqꝫ cor/
pus atqꝫ ſanguis abſqꝫ anima filij
mei: neqꝫ corpus ⁊ anima ſine diui/
nitate: quoniam vnum ab altero ſe
parari non valet. Prout alibi dixi
tibi ꝙ natura diuina nunqꝫ ſepara
ta fuit ab hũana natura: nec in mor
te: nec in alio caſu: neqꝫ ſeparari po/
teſt. Itaqꝫ totam diuinam eſſentiaꝫ
in hoc venerabili ſacramento reci/
pitis ſub albedine panis illius. Et ſi
cut non poteſt diuidi ſol ita diuidi
nõ valet in hac albedine panis vel
hoſtie totus deus atqꝫ totus homo
quamuis in mille diuideretur parti
culis hoſtia ſi poſſibile foret ſub q̃li
bet particula totus deꝰ: ⁊ totus ho/
mo cõtineretur vt iam dixi accidit
enim ſicut in ſpeculo quod quamuis
in ſe diuidatur ibi tamen ymago re
preſentata nõ diuiditur: ſic hanc ho
ſtiam diuidendo non tamen diuidi
tur totus deus: ⁊ totus homo: ſed in
qualibet particula continetur ex i
tegro: nec in ſemetipſo minuitur: vt
apparet in hoc ſequẽti exemplo. Si
tu haberes vnicum lumen ⁊ orbis
vniuerſus accederet pro iſto lumie:
participando ſingulis de tali lumi
ne: in ſe tamen huiuſmodi lumen i
aliquo non minuitur ⁊ omnibus vi
detur habere totum verumtamen
aliqui plus ⁊ aliqui minus ex iſto
lumine participant iuxta materie
quantitatem quã ille qui debet reci
pere portat: nam in tali quantitate
recipit ignẽ. Et vt aptius ĩtelligas
exẽplũ hoc attẽde. Si plurimi por/
tarent candelas ad accẽdendum: ⁊
vna põderis eſſet vnius vncie: alia
duaꝝ ſiue ſex: vel vniꝰ libre: ⁊ q̃uis
oĩbꝰ accẽſis i qualibet parua ⁊ ma/
gna totũ lumẽ accipias vꝫ caloreꝫ:
calorẽ: ⁊ ipm lumẽ: iudicabis tñ ꝙ
minꝰ de lumine recipiat ille q cãde
lam paruã accẽdit q̃ ille qui maio/
rẽ. Igĩt ita ꝯtingit i hoc venerabili
ſacramẽto de his qui recipiũt illud
⁊ eorum candelas afferunt: vꝫ ſan/
ctum deſiderium cũ quo recipiunt
ipm venerabile ſacramentuꝫ. Que
cãdele ſunt i ſemetipſis extincte: ſed
accẽdunt in ꝑceptione ꝓcioſi ſacra/
menti huius. Extinctas eſſe dixi qꝛ
ꝑ vos ipſos ẽo nihil eſtis: neqꝫ vale
tis: verũtñ ego vobis exhibui mate
riaꝫ cũ qua nutrire poſſitis i vobis
huiuſmodi lumen. Materia nanqꝫ
veſtra ẽ amor: qm̃ ex amore creaui
vos: ideo neqꝫ viuere poteſtis abſqꝫ
amore. Hoc eſſe vobis ex amore tra
ditum habuit in ſacro baptiſmo di
ſpoſitionem quem accepiſtis in vir
tute ſanguinis vnigeniti filij mei.
Naꝫ alias participare nullo modo
poſſetis ex hoc vero lumine: ſed eſſe
tis ſicut candela ſine licinio interio
ri que ſuccendi nõ poteſt neqꝫ lumẽ
in ſe recipere valet: nam hoc licinũ
in quo recipitur lumen huiuſmodi
hoc eſt ſidem ſanctam coniunctam
cũ gratia quã in baptiſmo recipitis
cũ affectu anime veſtre a me create
que apta eſt ad amandum intantũ
ꝙ abſqꝫ amore viuere nequit: imo

cibus eius eſt amoꝛ:vt iam dixi.Sꝫ
vbi ſuccenditur:hec anima taliter
vnita.¶Proculdubio ſuccenditur
ad ignem mee diuine caritatis cuꝫ
ſancto timoꝛe pariter ꝛ amoꝛe mei
ſequēdo veritatis incarnate doctri
nam. Tamen accenditur amplius
vel minus ꝓut affert anima ꝛ exhi
bet huic igni materiam: quia licet
habeatis omnes eandem materi/
am quia videlicet omnes a me crea
ti fuiſtis ad ymaginem atque ſimi/
litudinem meam: ꝛ vos chꝛiſtia/
ni lumen habeatis in ſancto ba/
ptiſmo tamen vnuſquiſqꝫ creſcere
poteſt in amoꝛe atqꝫ virtute mediā
te gratia mea prout eſt de benepla/
cito veſtro. Non ꝙ immutetis ali/
am foꝛmam ꝗꝫ a me recepiſtis: imo
creſcitis ꝛ augumentatis in amoꝛe
virtutes vtentes in virtute ꝛ affe/
ctu caritatis arbitrio libero duꝫ tē
pus eſt vobis a me gratioſe conceſ/
ſum:quia tranſacto tempoꝛe facere
non poteſtis.Itaqꝫ poteſtis in amo
re creſcere ſicut iam dixi tibi.Et cū
hoc amoꝛe venire debetis ad reci/
piendum:hoc venerabile ſacramen
tum:lumen vtiqꝫ dulciſſimum atqꝫ
glorioſum quod vobis exhibui mi
niſtrandū a belectis huiuſmodi mi
niſtris meis exhibendum vobis in
cibum.Atqꝫ tantū accipitis ex iſto
lumine quantum de materia ſince/
re dilectionis ꝛ amoꝛis: ꝛ igniti de/
ſiderij poꝛtatis quanuis totū in ve
ritate recipiatis:vt iaꝫ tibi dixi po
nens exemplum eoꝛum qui cande/
las afferebant qui ſm quantitatem
ponderis candelarum:ita lumē ac/
cipiebant quanuis in quolibet vi/
deatur eſſe totum integrum ꝛ non
diuiſum:qꝛ diuidi non poteſt ex im
perfectione veſtra quacūqꝫ: nec eti
am ex imperfectione miniſtroꝛum.
Tantum ergo percipitis ex iſto lu/
mine:vꝫ de gratia quam in iſto ve/
nerando ſacramento recipitis quā/
tum vos cū ſancto deſiderio diſpo/
nitis ad recipiendum. Si quis ve/
ro cum culpa peccati moꝛtalis acce
deret ad hoc venerabile ſacramen/
tum ab eo non habet aliquam in ſe
gratiam quanuis actualiter in ve/
ritate recipiat ex integro deum ꝛ
hominem:vt iam dixi. Sed aman/
tiſſima filia noſti qualiter ē anime
que tantum ſacramentum:ꝛ tale in
digne recipit. Quaſi ſtat velut vna
cādela que ſit aqua madefacta que
ſi ꝗꝫ taliter ignem accipit illico ſtri/
det ꝛ extinguitur indilate ſolūmo/
do fumo remanente. Sic hꝫ anima ſe
metipſam affert candelam quam in
ſancto baptiſmo recepit poſtmodū
autem aſperſit illā aqua culpe que
fuit aqua dirrecte que madefecit li
cinium in quo ſtabat lumen gratie
baptiſmalis:exinde vero non cale/
facta iuxta vere contritionis igneꝫ:
neqꝫ culpam eius cū humilitate cō
fitendo acceſſit ad menſam altaris
ad recipiendum huiuſmodi lumen
actualiter:ſed non mentaliter.Et qꝛ
talis anima fuit indiſpoſita ad acci
piendum tale ſacramentū in ea gra
tia non remanſit: qꝛ propter aquaꝫ
culpe fuit extinctuꝫ in ea lumē gra
tie.Tunc autem ipſa remanſit in te
nebroſa confuſione cum maioꝛi gr

ucdine culpe. Atq̧ de tam excellen
tiſſimo ſacramento:non percipit:ne
q̧ perſenſit:niſi conſcientie ſtridorē
ipſam remordentē nō ex defectu lu
minis:qꝛ recipere non valet aliquā
in ſe leſionē:ſed ex aque defectu quā
in anima reperit que quidem aqua
impediuit affectuz anime. Unde re
cipere non valuit illud admirabile
lumen. Itaq̧ vides ꝙ nullo modo
lumē illud vnito ſibi calore pariter
ꝛ colore diuidi poteſt:nec ex paruo
deſiderio quod anima gerat recipi
endo ſacramentum iſtud:nec ex de/
fectu qui eſſet in anima que recipit
nec ex defectu eiꝰ qui miniſtrat. Ut
ergo dixi tibi de ſole qui licet per i/
munda loca tranſeat ipſe tamē nul
latenus inquinatur neq̧ ſordeſcit.
Ita lumen hoc amenum in iſto ve/
nerabili ſacramento nullatenus in
quinari poteſt:neq̧ diuiditur: neq̧
minuitur in ſemetipſo:nec a ſua ro/
ta ſeparatur: licet vniuerſus orbis
de ſuo luminoſo calore cōmunicet.
Ita minime ſeparatur hoc verbum
vz vnigenitus filius meus a me ve
ro ſole qui ſum pater eternus. quā/
uis i corpore miſtico ſancte matris
eccleſie miniſtretur omnibus volen
tibus illud accipere:imo totus i me
remanet atq̧ totum accipitis:ꝛ ha/
betis deum:vz ꝛ hominem:vt exem
plum ego tibi dedi de lumine:qꝛ ſi
omnes homines mundi ſuas cande
las ibi accenderent in ſe remaneret
ex integro ꝛ omnes totum hērent.

Qualiter omnes corporei ſenſus
in iſto ſacramento decepti ſunt:ſed
non anime ſenſus:ꝛ cum illo debet
videri:guſtari:ꝛ tangi. Et de viſiōe
quadam pulchra. Capi.cxi.

O Cariſſima filia nunc aperi di
ligenter oculum intellectus
ad conſiderandum affectuoſe mee
caritatis abiſſum:qꝛ vere cor vniuſ
cuiuſq̧ creature rationalis ex amo
re ſolui deberet attendendo preſer/
tim inter alia beneficia mea gratio
ſe vobis exhibita beneficiuz huius
venerabilis ꝛ eximij ſacramēti. Sz
amantiſſima filia cōſiderare debes
ꝙ huiuſmodi ineffabilem ſacramē/
tum debet videri ꝛ attractari non
ſolummodo tactu ꝛ viſu corporali:
qꝛ corporei ſenſus penitus in eo de/
ficiunt. Nam albedinem illius pa/
nis tantummodo videt oculus:ma
nus et nihil aliud palpat guſtus
quoq̧ ſaporem panis inde percipit.
Igitur anime ſenſibꝰ qui decipi nō
valent videri: vt attractari debet:
niſi forſitan ipſa ſibimet vellet au/
ferre lumen ſanctiſſime fidei cuz in
fideli dānabili. Soli ergo ſenſus ani
me guſtant vident: ꝛ palpant: hoc
admirabile ſacramentum. Sed cuz
quo videt oculo:cum oculo intelle/
ctus inquantum intus habeat pu/
pillam ſanctiſſime fidei: hic oculus
videt ꝛ attēdit ſub albedine tali ve
rum deum:ꝛ verum hominem: na/
turam humanam vnitam cum na/
tura diuina: corpus animam atq̧
ſanguinem yeſu chriſti animā vni
tam illi glorioſo corpori atq̧ corpus
ꝛ animam vnitam nature mee diui
ne tandē a me ſe nullatenus euellē

do ſiue diuidendo:hoc vero ſi bene
recolis in exordio quaſi vite tue ma
nifeſte tibi patefeci: ⁊ non tantum
oculo intellectus:ſed etiaꝫ oculo cor
porali tuo vidiſti:quamuis ex exceſ
ſu luminis oculus tui corporis illi/
co defecerit in viſu:⁊ in oculo men/
tali viſio ſola remanſerit. Oſtendi
quippe tibi pro declaratione tue
mentis.ad te roborandam contra
bellum quod a demonio receperas
in ipſo venerabili ſacramento: ⁊ vt
in amore creſceres: ⁊ in lumine ſan/
ctiſſime fidei. Tu noſti ꝙ cum ad ec
cleſiam in aurora pergeres: vt miſ/
ſam audires ex quo fueras a demo
nio moleſtata:tu ſtetiſti ſecus alta/
re crucifixi ſacerdos autem aduene
rat ad altare marie. Igitur te ibi
manente tuos conſiderando deſe/
ctus:quia dubitabas offendiſſe: me
propter bellum quo te diabolus im
pugnauerat ⁊ attēdēdo mee carita/
tis affectum:quia te dignam fece/
ram audire miſſam cum te ipſam
exiſtimares indignam:vel etiam ec
cleſiam meam ingredi. Qn̄ ſacer/
dos verba ſacramentalia protulit
in altum ſupra miniſtrum oculum
attollens vidiſti me demonſtrante
lumen vnum luc idiſſimum veluti
radium ſolis a pectore meo proce/
dens prout radius a rota ſolis egre
ditur:⁊ tamen ab ipſa rota minime
ſeparatur. In quo ⁊ cum quo lumi/
ne deſcendebat vna columba ſuper
hoſtia pariter:⁊ calice permanendo
virtute verborum conſecrationis a
miniſtro prolatorū: vnde tuus ocu

lus corporeus omnino defecit exceſ
ſum huiuſmodi luminis: nullo mo/
do ſuſtinere valens. Ideo viſio re/
manſit ſolum in oculo mentis:⁊ in/
tellectus. Ibiqꝫ guſtaſti ⁊ vidiſti tri
nitatis abiſſum:⁊ verum deuꝫ ⁊ ho
minem abſconditum:⁊ velatuꝫ ſub
albedine illa. Neqꝫ lumen:neqꝫ pre
ſentia verbi quam in eadem albe/
dine vidiſti intellectualiter auferre
bat illam albedinem. Vnum aliud
non impediebat:quia videlicet vi/
dere deum ⁊ hominem non impe/
diebat illam panis formam: ita ꝙ
non haberet albedinem atqꝫ ſapo/
rem. Iſta tibi patefacta fuerunt a
bonitate mea. Tunc aperte cogno/
uiſti ꝙ huiuſmodi viſio in oculo in
tellectus tui remanſit. Itaqꝫ ſicut
iam dixi hoc admirabile ſacramen/
tum videri debet ⁊ attendi princi/
paliter cum oculo intellectus:⁊ cuꝫ
pupilla ſanctiſſime fidei quia deci/
pi non poteſt. Manus quoqꝫ dile/
ctionis affectuoſe illud attractare
debet ⁊ id quod oculus ille vidit: ⁊
agnouit in ipſo ſacramento:fide tā/
git manu dilectionis veluti ſe qua/
ſi certificans de eo quod per fidem
vidit ⁊ īntellectualiter agnouit. Gu
ſtus vero ſancti deſiderij auiditate
multa guſtare debet illud. Guſtus
ipſe corporis guſtat ſaporem panis
deſiderium vero ſanctum videlicet
anime gūſtus deum ⁊ hominem in
veritate guſtat. Vides ergo ſenſus
corporales eſſe fraudatos non au/
tem anime ſenſus.imo clarificatur:
⁊ in ſemetipſa certificatur:quia cla

re vidit cum oculo intellectus ⁊ eiꝫ pupilla luminis fidei ſalutaris. Et quia vidit ⁊ agnouit ideo tangit amoris manu fideli: ⁊ cum anime guſtu ⁊ ignito deſiderio attendit atque guſtat ineffabilem ⁊ igniferam caritatem meam cum qua eam feci dignam: ita gratioſe recipere tātum inextimabile ſacramentum atque gratiam quam in ipſo ſacramēto ſe recipere percipit. Itaq; nunc aperte cognoſcere potes: quia debetis non ſolummodo ſenſu corporali recipere pariter ⁊ videre ſacramentum iſtud: immo cum ſenſu ſpirituali diſponendo ſenſum anime affectuoſa mente ad guſtandum recipiendum ⁊ videndum ipſum venerabile ſacramentum.

De excellentia ſumentis in ſtatu gratie ſacramentum hoc admirabile. Capi.cxij.

ATtende filia cariſſima in quāta conſiſtit excellentia quilibet homo cōgrue recipiens hoc precioſum ⁊ admirabile ſacramentum Eſt.n. panis vite cibus angelorum in me nanq; manet: ⁊ ego in eo veluti piſcis conſiſtit in mari: ⁊ econuerſo mare cōſiſtit in piſce. Sic ego ſto iugiter in anima: ⁊ anima conſiſtit in me mari pacifico. In anima tali gratia remāet: quia recipit huiuſmodi panem vite perſiſtens in gratia. Ideo pannis illius accidenter conſumpt⁹ remanet ibi gratia mea. Similitudinarie loquendo cōtigit: vt in ſigillo quando ſuper cera bene diſpoſita ponitur quo ſublato remanet effigies eius in cera ſic in anima bene diſpoſita remanet effigies gratie mee virtute iſtius. Venerandi ſacramenti: quia videlicet remanet in ea calor ignite caritatis mee que clementi ſancti ſpiritus eſt. Ibi quoque manet Vnigeniti filij mei ſapientia intellectus oculo clarius illuminato in ipſa verbi mei ſapientia: vt videat atque cognoſcat ipſius veritatis mee doctrinam. Hec ergo ſapientia in magna fortitudine remanet participando fortitudinem potentie mee que fortificat animam contra mundum ⁊ aduerſarium atque contra propriam paſſionem ſenſitiuam. Itaq; vides ꝙ in anima remanet effigies inde ſublato ſigillo: quia videlicet cōſumptis accidentibus illius hoſtie verus iſte ſol in ſua rota reuertitur atque conſiſtit. Non quia diuiſus: vel ab ea ſegregatus eſſet: eſt enim mecum ſemper vnum: ⁊ ego ſecum: ſed abiſſus mee paterne caritatis vobis exhibuit iſtum angelicum cibum in vita preſenti: vbi viatores eſtis atque peregrini: vt habeatis inde refrigerium: ⁊ non āmittatis huiuſmodi precioſi ſanguinis vnigeniti filij mei memoriam ſalutiſſeram. Vt ergo veſtris indigentijs diuina prouidentia mea ſubuenirent veritas incarnata ſe vobis ordinauit in cibum. Igitur attende diligenter quantum obligamini diligere me: qꝛ tam exceſſiue vos diligo: ⁊ qꝛ ſum eterna bonitas ⁊ omni

reſpectu dignus a vobis affectuoſe diligi.

Quomodo deus requirat a ſacerdotibus in tanta dignitate conſtitutis maiorem puritatez ꝙ̄ in aliis creaturis. Capi.cxiii.

Hec omnia dixi tibi charissima filia: vt amplius agnoſcas in quāta dignitate miniſtros meos ordinauerim: ⁊ vt amplius ex corde percipias amaritudinem atq; dolorem ſuper miſerias eorum. Si diligenter ipſimet attenderent ipſaz dignitatem ſuam non iacerent in tenebris mortalium peccatorum nec inquinarent ita facies animarum ſuarum. Et non ſolummodo vitarent offendere me: ſed tradendo corpus propꝛium ad cōburenduz igni non videretur eis in aliquo ſatiſfeciſſe mihi pro tam glorioſo beneficio. Nam in vita preſenti non poſſunt ad maiorem dignitatem aſcendere. Ipſos appello chriſtos meos: quoniaz vncti mei ſunt. Et hunc angelicum panem vobis exhibenduz eis cōmittere decreui. Et eos veluti flores odoriferes in corpore ſancte matris eccleſie collocaui: dignitatē iſtam proculdubio non habet angelus quam hominibus: ita gratioſe conceſſi vz illis quos ad huiuſmodi miniſterium meum elegi quos velut angelos terreſtres eſſe volo ī vita preſenti. In qualibet anima puritatem atq; caritatem exquiro vz vt affectuoſe me diligat pariter ⁊ proximum eius: ⁊ ꝙ ei iuxta poſſe ſubueniat in oratiōe ſancta ſimul: ⁊ ſubſidio temporali ſecum caritatiue viuendo. Multo tamē amplius a miniſtris huiuſmodi meis exigo puritatem interiorem: ⁊ exteriorē: ⁊ amorem ad me ſimiliter: ⁊ ad proximuz ſuum miniſtrando corpus: ⁊ ſanguinem vnigeniti filii mei cum igne caritatis atq; fame ſalutis animaruz ad laudem ⁊ gloriam mei nominis. Sicut enim iſti miniſtri requirunt ⁊ volunt habere puritatez atq; mūdiciam in calice: vbi ſit hoc venerabile ſacramentum ſiue ſacrificium: ita requiro puritatem: ⁊ anime mūdiciam in eis. Et corpus eorum velut. Inſtrumentum anime volo ꝙ ī puritate ſeruet. Neq; volo ꝙ ſe nutriant ⁊ inuoluant in luto fetentis immundicie: neq; ſint elati per ſupbiam exquirentes excelſas prelationes: neq; crudeles exiſtant in ſe pariter ⁊ in pꝛimo: qꝛ crudelitate ſua minime poſſent vti ſine detrimento pꝛimi: qꝛ ſi ſunt ſibimetipſis ex culpa crudeles etiam proximorum animabus proculdubio crudeles exiſtunt pro eo ꝙ non exhibent eis exēplum vite: neq; curant eorum animas extrahere de manibus inimicorum: nec eis vnigeniti mei ſanguinem ⁊ alia ſacramenta ſicut obligātur adminiſtrant. Itaq; quando crudeles exiſtunt in ſemetipſis etiam in pximo crudeles eſſe probantur.

Quomodo ſacramēta nullo modo debent emi ſiue vendi: ⁊ illi qui recipiunt ea debent huiuſmodi tēporalibus voluntarie ſubuenire mi

niſtris. Capi.cxiiij.

vt te peccatorem affectuoſa carita/te ſalutet coronam in capite vt ab eo poſſis onorari brachia tenet ap/ta ⁊ extenſa quia te cupit amplexa/ri pedes habet affixos quia te vult expectare tecum que morari. Et tu miſer homo qui factus es ab eo mi/niſter tante beniguitatis ⁊ humili/tatis deberes amplecti crucem ⁊ tu rennis ⁊ amplexaris mūdum ⁊ ini quas creaturas. Tu deberes eſſe fir mus ⁊ ſtabilis incarnate veritatis immitando doctrinam figendo mē tem atqꝫ cor tuum in eo ⁊ tu cir cū/uolueris vento ⁊ vna quequc par/ua res te comouere facit. Si tibi ꝓ/ſperitas adeſt illico moueris ex in/ordinata leticia ſi autez aduerſitas occurrit ex impacientia turbaris ⁊ ita patefacis aperte ſuperbie me/dulam videlicet impacientiā: quia ſicut medula caritatis eſt vera pa/cientia ſic impacientia eſt medula ſuperbie vnde ſuperbi ⁊ iracundi frequentiſſime turbantur atqꝫ ſcan dalizantur de quacunqꝫ parua re. Superbia mihi diſplicet in tantuꝫ ꝙ etiam a celo ruit cum Angelo ſu/perbire placuit. Suꝑbia nunꝙ aſcē dit in celuꝫ imo de celo deſcēdit in profunduꝫ inferni. Et ideo veritas ait in euangelio. Qui ſe exaltat vꝫ per ſuperbiam humiliabitur ⁊ qui ſe humiliat exaltabitur. Superbia mihi diſplicet in omni manerie gen tium ſed valde magna in huiuſmo/di miniſtris vt iam dixi ex eo quia ſunt in humili loco a me collocati vt agno manſueto ⁊ humili virtuo/ſe miniſtrent ſed ipſi faciunt oppo/ſitum multi robore ſuffundi debe/ret ille ſacerdos vere miſer volendo ſuperbire conſiderando me vobis humiliatum ⁊ exhibēdo vobis vni genitum filium meum. Ipſe meus vnigenitus humiliatus eſt vſqꝫ ad mortem crucis obprobrioſam. Ipſe caput habet inclinatum atqꝫ ſpina tum ⁊ iſte miſer eleuat ita ſuperbe caput contra me pariter ⁊ proximū ſuum. Et cum debeat eſſe agnus hu milis ⁊ ipſe factus eſt aries vel hyr cus cum elate ſuperbie cornibus ⁊ omnes adherentes ei percutere ſat tagit. O infelix homo tu non atten dis ꝙ de manibus meis nullo mo/do potes euadere. Nunquid hoc eſt officium quod tibi comiſſi vt corni/bus tāte ſuperbie me ledas ⁊ offen/das ⁊ cum iniuria conuerſeris cuꝫ proximo tuo. Nunquid hec eſt illa manſuetudo quam ad altare ſan/ctum afferre debes offerendo mihi ſacrificium illud excellentiſſimum videlicet corpꝰ ⁊ ſanguinē vnigeni/ti filij mei. Tu es effectus velut animal ferociſſimum ita ꝙ nullum timorem habes de me. Tu deuoras proximum tuum ⁊ in diuiſione per/manes cum eo ⁊ factus es perſonā rum acceptor: videlicet illos acce/ptando qui tibi ſeruiunt vel aliquā vtilitatem afferunt vel alia cauſa tibi placent quia forte ſunt eiuſdeꝫ vite reprobe ſicut es tu quos corri/gere deberes ⁊ eorum defectus con temnere. Tu vere facis oppoſitum prebendo eis exemplum quod ipſi

faciant illud quod facis tu ſine de/
terius. Si tu bonus eſſes ita faceres
qꝛ vero tu malus es arguere neſcis
neqꝫ defect⁹ alterius tibi diſplicēt.
Tu contēpnis humiles atqꝫ paup/
culos virtuoſos tu refugis eos eo qꝛ
fetoꝛ vitij tui nō valet odoꝛem ſu/
ſtinere virtutis. Tu reputas eē tibi
vituperium ad hoſtium tuum vide
re pauperculos meos tu vitas eos
in ſuis opoꝛtunitatibus viſitare. vi
des eos periclitari fame nec exten/
dis ad eos manū adiutricē. Et hec
om̄ia faciunt illa coꝛnua ſuperbie
tue que nolunt inclinari in actum
virtutis ⁊ hūilitatis alicui⁹. Qua/
re non inclinatur. Quia propꝛius
amoꝛ in eo regnat qui nutrit huiuſ
modi ſuperbiam: ideo nō vult in ali
quo condeſcendere ſiue miniſtrare
pauperibus aliquam ſubſtantiam
tempoꝛalem nec etiam ſpiritualem
abſqꝫ retributione ſiue redemptio/
ne. O maledicta ſuperbia in amoꝛe
pꝛopꝛio fundata quō talium intel/
lectus oculos excecaſti taliter ꝙ dū
videtur eis amare ſemetipſos atqꝫ
de ſe teneros eſſe ⁊ dum videtur eē
in diuitijs atqꝫ delitijs ⁊ in alto ſta/
tu ꝯſiſtere ⁊ ipſi ſunt in magna pau
pertate atqꝫ miſeria qꝛ pꝛiuati ſunt
virtutuꝫ diuitijs. Ipſi deſcenderūt
ab altitudine gratie ad infirmita/
tem ſiue pꝛofundum moꝛtaliuꝫ pec
catoꝛum. Judicant ſe bene videre:
ipſi vero ceci ſunt quoniam igno/
rāt ſemetipſos ⁊ me neqꝫ cognoſcūt
ſtatum ſuum neqꝫ dignitatē in qua
collocaui eos: neqꝫ mundi fragilita
tem intelligunt atqꝫ modicam fir/
mitatem: quia ſi cognoſcerent non
facerent ſibi deum ex eo. Quis ab/
ſtulit eis huiuſmodi lumen verum:
ſuperbia. Et per hunc modum effe/
cti ſunt incarnati demones cum ele
gerim eos in angelos: ⁊ vt in vita
pꝛeſenti ſint angeli terreſtres ⁊ ipſi
ſe deiecerunt ab altitudine celoꝛū
in pꝛofundum abiſſi ⁊ intantum
ē iniquitas per eos augmentata ꝙ
aliquando committunt alium defe
ctum de quo tibi dicam. Sunt ali/
qui taliter effecti demoniaci ꝙ ali/
quando conſecrare ſimulant ⁊ hoc
in veritate non agunt iudiciuꝫ me
um foꝛmidantes: ⁊ vt auferāt omne
frenum atqꝫ timoꝛem in malis ope
ribus coꝛuꝫ a coꝛde ſuo. Nam ali/
quando in mane ſurgunt ab imun
ditia: ⁊ in ſero cū crapu'a velut ebrij
doꝛmitū ierūt ⁊ erunt aliqua neceſ
ſitate coacti celebꝛare vt populo ſa
tiſfaciant attendendo tamen ini/
quitates pꝛopꝛias intelligunt aper
te cum bona conſcientia ſe non poſ
ſe neqꝫ debere celebꝛare vnde moꝛ/
dentur aliqualiter a ſtimulo con/
ſcientie reſpectu timoꝛis iudicij mei
non quidem ex odio vitij ſed ex pꝛo
pꝛio amoꝛe. Vide nunc amantiſſi/
ma filia quantum excecati ſunt: qꝛ
deberent habere recurſum ad coꝛ/
dis deuotam contritionem ⁊ ad ſui
defectus diſplicentiam cum ſancto
pꝛopoſito coꝛrigendi ⁊ ipſi diaboli/
cum hoc remedium aſſumunt quia
non conſecrabunt ⁊ velut excecati
non aduertunt quia erroꝛ iſte po/
ſterioꝛ grauioꝛ ⁊ periculoſioꝛ eſt ꝙ
ille pꝛimus ex eo quia faciunt ido/

latrare pōpulū adorando non con
ſecratam hoſtiam loco veri ſacra/
mēti corporis ⁊ ſanguinis ieſu chri/
ſti filij mei qui eſt deus ⁊ homo poſt
hoſtie conſecrationem: ſed minime
conſecrando ſolummodo eſt panis.
Igitur attende qualis ⁊ quanta ſit
hec abhominatio ⁊ quanta ſit pati
entia mea ſubſtinendo tales qui ni
ſi ſe correxerint vniuerſe gratie re/
dundabunt eis in iudicium. Po/
pulus autem ad vitandum illud in
conueniens debet adorare cum iſta
conditione dicens inquantum iſte
miniſter omnia que debet dixerit
atqꝫ fecerit ego credo ꝙ tu es ieſus
chriſtus filius dei viui mihi datus
in cibum ab ineſtimabili caritate
diuina in memoriam tue dulciſſi/
me paſſionis ⁊ excellentiſſimi bene
ficij ſanguinis effuſi cum ineſtima
bili caritatis igne ad abluendas ini
quitates meas atqꝫ totius vniuer/
ſi. Itaqꝫ faciendo ſic ex aliqua ceci/
tate cuiuſcūqꝫ nullus offendet ado
rando vnam rem pro alia quāuis il
la culpa peccati ſolum eſt illius ini
qui miniſtri: tamen actualiter ibi
fieret quod eſt omnino prohibitū.
O cariſſima filia quis terram inhi
bet ne repente deglutiat eos. Quis
meam refrenat potentiam: quin im
mobiles eos illico faciat eſſe veluti
ſtatuas lapideas ante populū vni
uerſum in confuſionem ipſorū: vti
qꝫ miſericordia mea qua refreno meipſū
hec eſt ꝙ cum miſericordia refreno
iuſtitiam vt eos vincam ex violen/
tia miſericordie. Ipſi vero velut ob
ſtinati demones nō agnoſcūt neqꝫ
vident miſericordiā meā: ſed quaſi
videntur eximare ꝙ ex debito
ſim eis obligatus ad ea que gratio
ſe concedo ex eo ꝙ a ſuperbia ſunt
excecati nec ita fore cognoſcunt.

## De quāpluribus alijs defectibꝰ qui procedunt a ſuperbia ⁊ amore proprio. Capitulum. cxxix.

HEc omnia tibi narraui vt affe
ctione maiori mouearis ad
amarum gemitum ſuper illorum
obſcura cecitate dum in ſtatu dam
nationis voluntarie perſeuerant ⁊
vt amplius agnoſcas ineſtimabi/
lem miſericordiam meam ad hoc
vt in ipſa miſericordia fiduciam aſ
ſumas atqꝫ ſecuritatem maximam:
⁊ ſic offeras ipſos miniſtros ac vni/
uerſum orbem ante me poſtulan/
do pro eis a me miſericordiam. Et
quanto feruentius offeres in cōſpe
ctu meo pro eis amoroſa ⁊ penoſa
deſideria tanto demonſtrabis aper
tius amorem affectuoſum quo me
diligis ex eo ꝙ vtilitatem illā quā
tu ⁊ alij ſerui mei mihi facere non
valetis veſtro ꝓprio facere debetis
⁊ hoc a vobis exigo. Et ego tūc vo
lūtarie me cōpelli ꝑmittā a ſancto
deſiderio deuotis lachrimis: ⁊ ora/
tionibus veſtris: ⁊ ita ſponſe mee
miſericordiam exhibebo: ⁊ eam in
ſanctis: ⁊ bonis paſtoribus in veri/
tate reformabo. Quia tali modo re
formata ſubito mali ſubditi corri/
gentur violenter: quia quaſi de ma
lis que perpetrantur a ſubditis ma

li paſtores in cauſa ſunt: quia ſi cor/
rigerent iuſte ſubditorum defectus
ꝛ in eis iuſtitie margarita reluce/
ret cum honeſta ſanctaqꝫ vita ſub/
diti non ita procederent inordina/
te. Noueris ergo ꝙ ex his peruerſis
inordinatiſqꝫ moribus illico ſequi/
tur: ꝙ vnus alterius veſtigia ſecta/
tur. Subditi nanqꝫ non obediunt
prelato: quia prelatus quando ſub/
ditus erat inobediēs erat ꝛ ipſe pre
lato ſuo: vnde congrue recipit a ſu/
is ſubditis quod ipſe ſuo prelato fe
cit. Et quia prauus erat ſubditus:
nunc etiam prauus eſt cuꝫ effectus
eſt paſtor huius culpe ꝛ cuiuſcunqꝫ
alterius eſt in cauſa ſuperbia ī amo
re proprio fundata. Ignorans erat
atqꝫ ſuperbus in ſtatu ſubditi: nūc
vero prelatus exiſtens valde plus
ignorans eſt atqꝫ ſuꝑbus: ꝛ eſt igno
rantia ſua tanta: ꝙ velut excecatus
ad officium ſacerdotale quandoqꝫ
promoueri faciet hominem idiotaꝫ
quis vix legere nouit: ꝛ officium ſu
um ignorat: vnde frequenter igno/
rando dicere verba ſacramentalia
minime conſecrabit ex ignorantia
ſua. Et in hoc actu cōmittit defectū
eundem in non conſecrando quem
cōmiſerunt ex malicia ceteri non cō
ſecrantes: ſed cōſecrare ſimulantes.
Et vbi debent' eligere viros exper/
tos: ꝛ in virtute fundatos: ꝛ qui in/
telligant: atqꝫ nouerint: illud quod
agunt in tanto miniſterio: ꝛ ipſi fa/
ciunt oppoſituꝫ: quia non attendūt
vtrum ille ſciat: neqꝫ ſi tempus a iu
re diſpoſitum habeat: imo ſtudioſe
videntur eligere pueros: ꝛ non ho/
mines etatis congrue: nec attendūt
vtrum honeſte viuant cum ſancta:
ꝛ ordinata vita: ꝛ dignitatē ad quā
promouentur intelligant: vel miſte
rium ab eis exequendum: ꝛ virtuo/
ſe contractandum: imo ſolum atten
dunt ad multiplicandum gentes: ꝛ
non virtutes. Ipſi quippe ceci ſunt
atqꝫ cecorum aggregatores: nec at/
tendunt: ꝙ ex hoc ꝛ aliis inordina/
tis actibus eorum: ego rationem ab
eis exigam in extremitate mortis
eorum ex eo quod promouerunt ad
ſacerdotium homines: ita tenebro/
ſos: ꝛ ignorantes: vt eſt dictum: ꝛ ip
ſi cōmittunt eis curam animarum
cum aperte cognoſcant: ꝙ de ſeipſis
curam habere neſciant. Tales ergo
qui minime cognoſcunt in ſe defe/
ctum propriuꝫ quomodo poterunt
cognoſcere ſiue corrigere defectum
alienum: Non poterunt vllo modo
neqꝫ contra ſemetipſos agere deli/
berabunt. Oues vero que paſtore
carent qui cuꝫ diligentia cuſtodiat
eas: ꝛ in via ſalutari dirrigat agili
ter a via deuiant: ꝛ ita ſepe deuorā
tur: atqꝫ lacerātur a lupis. Et quia
paſtor eſt inutilis omnino negligit
aliquem habere caneꝫ qui latret vi
dendo lupum venientem: imo talē
retinet qualis eſt ipſe. Et ita mini/
ſtri ꝛ paſtores huiuſmodi quia ſolli
citudine carent neqꝫ cōſcientie ca/
nem habent neqꝫ baculum iuſtitie
tenēt in manu: ideo virga minime
corrigunt canis etiam conſcientie
minime latrat ſemetipſos precipue

non arguunt eo quod oues errātes extra viam veritatis transgrediendo precepta mea per viam veritatis et iustitie reducere non accelerant ne lupus infernalis eas deuorare valeat. Si enim iste conſciētie canis vere latrabit et iste prelatus defectus ſubditorum ſuper ſe ponet et virgam iustitie ſancte correctionis in manu tenebit indubitāter oues ad ouile redibunt et erunt in loco tuto. Sed quia ſicut iam dixi paſtor ē in utilis videlicet abſq; virga et abſq; cane conſcientie oues eius pereunt nec ipſe curat. Canis enim conſcientie debilitatus eſt: ideo minime latrat ex eo quod ei cibum nō exhibuit. Cibus nāq; qui dari debet iſti cani eſt agni filij mei ſanguis. Quia quā memoria tāquam vas anime plena reperitur iſto precioſo ſanguine cōſciētia nutritur atq; fortificatꝰ: hoc eſt quia propter iſtius precioſi ſanguinis memoriam anima ſuccenditur ad odium vitiorum. Quod odium vna cum amore purificat aīam a macula peccati mortalis. Et tantum vigorem exhibet illi conſcientie quod ſe cum diligētia magna cuſtodit intantū quod ſi quis inimicus anime vz peccatū vellet ingredi nec ſolum ſi effectus peccati: immo ſi ſola cogitatio ingredi vellet ſubito conſciētia veluti canis valde latrat cū tanto ſtimulo quod indilate rationem excitat. Et ipſa cum diligentia conſiderat vtrum ille qui temptat intrare ſit amicus vel inimicus. Et ideo nō cōmittit iniuſtitiam quoniam ille qui habet conſcientiam habet etiam iuſtitiā. Igitur iniqui tales indigni vocanꝰ miniſtri: nec etiā digni vocari creature ratiōales ex eo quod ex eorum defectibus propriis animalia ſine ratione ſe fecerunt huiuſmodi cane ꝯſcie carēt et intantum eſt in eis debilitatus quod quaſi dici pōt ipſos illo carere. Jō non habent virgam iuſtitie ſancte: vnde propter ſuos defectus intantum timidi ſunt effecti quod expaueſcunt ex vmbra non ex timore ſancto ſed ex timore ſeruili. Ipſi diſponere ſe debent vſq; ad mortē vt animas eruere poſſint a poteſtate demonū et ipſi ſubiugant eas ipſis demonibus non exhibendo doctrinā eis nec exemplum vite ſancte quin etiam pro illarū ſalute rennūt vnū verbum iniurioſum audire. Sepe quoq; contingit animaꝫ ſubditi circūuolutam eſſe grauiſſimis exceſſibus atq; peccatis et alteri ſatiſfacere tenebitur in quāpluribus: et iſti miſeri propter inordinatum amorē quem habebunt ad illius familiam ne pauper efficiatur cū videntibus oculis pertranſibunt nec ordinare curabunt vt pro tali debito prorio ſatiſfaciat licet illius debitoris: vita mala multis innoteſcat: et ipſi ſacerdoti ſuo notificabitur vt veluti medicus illius anime medeatur. Ipſe vero miſer quaſi coactus ibit vt agat ad quod obligatur. tamen ex vno verbo non ei grato vel iniurioſo quod audiat vel etiā pro quodam intuitu toruo quaſi territꝰ vltra ſe recuſabit impedire vel aliquā forte ex aliquo emolumento: vnde

tum ex illo dono: tum ex timore ſer/
uili animaꝫ illius in manu diaboli
derelinquet. Et nihilominus exhi/
bebit ei venerabile ſacramentũ cor
poris yeſu chriſti filij mei ⁊ apte vi
debit ⁊ intelliget animam illam ir/
retitam peccatis mortalibus. Ta/
men vt hominibus mũdi placeat: ⁊
ex inordinato timore: vel ẽt intuitu
pcepti doni miniſtrauit ei ſacramẽ
ta ⁊ hõnorifice ſepeliet ẽt in eccleſia
ſancta q̃uis velut aĩal imũdũ: atq̃
putridũ: ⁊ mẽbrũ a corpore p̄ciſum
extra cuꝫ indignatione proijcere de
bebat. Quid horuꝫ eſt in cauſa? In
dubitanter amor proprius atq̃ ſu/
perbie cornua. Nam ſi me ſuper om
nia dilexiſſet: ⁊ animam illius infe/
licis: ⁊ fuiſſet humilis: ⁊ abſq̃ timo/
re ſeruili proculdubio ſalutem illi/
us anime procuraſſet. Ergo potes
aperte videre quot ⁊ quanta mala
ſequunt̃ ab his tribus vicijs de qui
bus tibi dixi ꝙ erant quaſi tres co/
lumne ⁊ ꝙ cetera vicia procedebãt
a ſuperbia: vꝫ auaricia: ⁊ immundi
cia mentis ⁊ corporis coruꝫ. Aures
tue nõ ſufficerent audire quot ſunt
illa mala que procedunt ab ipſis ve
lut a membris diaboli propter aua
ritiam ſuperbiam ⁊ inhoneſtatem
eorum. Tu enim aliquando vidiſti
ſimplices aliqua bone fidei que ſen
tiunt aliquem in ſua perſona deſe/
ctum ex aliquo timore procedenteꝫ
dubitantes autem ſe a demonio ve
xari vadunt ad miſerum ſacerdotẽ
exiſtimantes ab eo poſſe liberari ſi/
ue iuuari. Et vadũt vt vnus dia/
bolus expellat aliũ: ipſe vero ve/
lut auarus acceptabit ab ea donuꝫ:
⁊ velut laſciuus: ⁊ inhoneſtus infe/
lici mulicrcule dicet. Ab iſto deſe/
ctu nullo modo liberari poteris: ni
ſi per talem modum: ⁊ ita miſerabi/
liter inducet eam ad perdendum
pudiciciam ſecum. O vere demon
imo peior aliquo demone: quia mul
ti ſunt demones qui tale peccatum
abhõrrent. Tu vero deterior effect⁹
ex iniquitate tua circumuoluis iñ
illo corpus ⁊ animam veluti porc⁹
in luto fetenti. O añimal immun/
dum: nunquid h̄ eſt quod a te requi
ro: vꝫ ꝙ in virtute ſanguinis yeſu
chriſti de quo te miniſtrum inſtitui
tu demones expellas ab animabus
atq̃ corporibus hominum non cer/
te tu illos introducis. Non attẽdis
ꝙ ſecuris iuſtitie diuine iam ad ra/
dicem arboris vite tue poſita ſit?
Hoc autẽ apertiſſime noueris: quo
niam iniquitates tue tibi cum vſu
ra compenſabuntur ſuo loco: ⁊ tem
pore niſi punias: ⁊ corrigas eas cuꝫ
penitentia congrua: ⁊ contritione
debita tui cordis. Neq̃ tibi parce/
tur: aut in modico deſeretur licet a
me fueris in gradu ſacerdotali con
ſtitutus: imo grauius in maiori mi
ſeria congrue punieris q̃ alij penas
enim pro te ſimul: ⁊ pro talibus in/
ſtiſſime portabis: ⁊ illo tempore me
morie commendabis eijcere demo/
nem cum demonio concupiſcentie
tue. Inſuper ⁊ aliam infelicem vi/
diſti ligatam in peccato mortali q̃
vadens ad miſerum ſacerdotem: vt
eam abſolueret a ſuo peccato ab eo
fortius eſt alligata in grauiori cul/

pa q̄ꝫ erat: ⁊ per admirabiles vias induxit eam ad peccandum ſecum. Ergo vere talis paſtoꝛ eſt abſqꝫ cane conſcientie: imo ſuffocat conſcientiam alioꝛum: nec tantum non vult conſeruare pꝛopꝛiam. Ego nāque elegi eos: vt ad honoꝛem meuꝫ cantent diuinum officium: atque pſalmizēt in nocte ipſi vero ſtudēt in malis: ⁊ ad demonuꝫ incantationes: ⁊ iuxta poſſe ſattagunt: vt operatione diabolica nocte media adducantur eis alique creature quas amoꝛe polluto diligunt. Ita nanqꝫ iudicant eſſe: ſed illuduntur a diabolo: quoniā in veritate non eſt ita. Nunquid ego te poſui ⁊ elegi: o miſer: vt noctis vigiliam expenderes in talibus iniquitatibus? Certe nō ſed vt eam expenderes in ſancta vigilia: ⁊ humili oꝛatiōe: vt in mane bene diſpoſitus vadas ad celebrandum: ⁊ odoꝛem virtutis infundas in vniuerſo populo: ⁊ non fetoꝛem vitioꝛum. Conſtitutus es enim in angelico ſtatu: vt etiam in vita pꝛeſenti cum ſancta meditatione cum angelis valeas conuerſari: ⁊ in vltimo cum eiſdem in beatifica viſiōe mea guſtare me poſſis in eternum: ⁊ tu ſicut apparet vis eſſe diabolus incarnatus ex quo cuꝫ demonibus eē delectaris anteq̄ꝫ venias ad moꝛtem. Sed coꝛnua ſuperbie tue perfuſſerunt intus in oculo intellectus tui ſanctiſſime fidei pupillam: vnde lumen omnino perdidiſti: ⁊ ideo non vides ad quantam miſeriaꝫ deueniſti. Nec vt apparet in veritate credis omnem culpam eſſe tempoꝛe ſuo puniendam: ⁊ omne bonum eſſe remunerandum. Quia ſi vere crederes: hoc ita ſcelerate non viueres ⁊ nō acceptares: nec optares huiuſmodi conuerſationem: imo magnū inde terroꝛem haberes etiam illos audire nominari. Sed q꜡ tu ſequeris voluntateꝫ ipſoꝛum ideo de ipſis: ⁊ ipſoꝛum operibus videtur q̄ valde delecteris. O ecce miſer homo vtinam a demonio peteres q̄d eſt meritum quod tibi reddere poteſt de ſeruitio quod ei facis: ipſe ꝓculdubio tibi reſponderet q̄ exhiberet fructum queꝫ habet in ſe. Nā aliud tibi pꝛebere nequeunt ipſi demones niſi cruciata: ⁊ ignifera toꝛmenta quibus iugiter ardentiſſime cruciantur in que ecciderunt ab altitudiñe celi pp̄ ſupbiā ſuaꝫ. Ita tu terreſtris angelus ex tua ſupbia cadis ab altitudīe ſacerdotalis dignitatis: ⁊ a theſauro virtutis in ꝓfundum atqꝫ paupertatem abhominā de miſerie. Si vero vitam tuaꝫ emēdare neglexeris igne punieris eterño abſqꝫ remedio. Tu feciſti tibi deum de mundo atqꝫ de temetipſo. Dicas ergo mundo cum omnibus delicijs eius quas in p̄ſenti vita receptiſti ſimiliter: ⁊ tue ſenſualitati cum qua mūdi rebus ab vtebaris: vt an̄ me ſūmum iudicem pꝛo te rationeꝫ exhibeāt. Utiqꝫ rn̄debūt apte q̄ te iuuare nullo modo poſſit: ⁊ ita te d̄ridebunt aſſerentes: quia ꝑ te neceſſariuꝫ eſt: vt hoc expediatur. Et ita cum vituperio remancois: ⁊ ingenti confuſione: coꝛā me pariter ⁊ vniuerſo mundo. Ego te conſtitueram

in ſacerdotali dignitate vt ipſum
vniuerſum ⁊ te vꝫ ſenſualitatē pro/
priam vilipendendo contēpneres ⁊
ita faciendo etiam alios īſtrueres.
Tu vero ſic es exceecatus a cornibus
tue ſuperbie ꝙ ignoras non ſolū ali
os per viam dirigere ſalutarem im/
mo temetipſum. Sed apertius hoc
intelliges in vltima mortis extre/
mitate vbi remedium aſſumere nō
valebis in aliqua virtute tua qua
cares ſed ſolum in ampliſſima miſe
ricordia mea ſperando fideliter in
illo precioſo ſanguine de quo fuiſti
miniſter effectus. Hoc autem effica
ciſſimum atqꝫ ſalubre remediū nun
quam aufertur tibi vel alteri cui/
cunqꝫ dum eſtis in tēpore vite pre
ſentis inquantum volueritis in mi
ſericordia mea que eſt inextimabi/
lis: ac in ſanguine pro vobis effuſo
virtuoſe ſperare. Quāuis non debe
tis eſſe ſtulti vel ita ceci ꝙ ad extre
mitatem vltimi temporis adduca/
mini. Aduertendum eſt enim ꝙ in
extremitate vite qui male vixit a
demonibus valde turpiter accuſa/
tur necnō a mundo ⁊ a propria fra
gilitate neqꝫ ſibi blandiuntur illo
tempore demonſtrando dulcedinē
vbi fuerat amaritudo neqꝫ rē perfe
ctam vbi fuerat imperfecta: neqꝫ lu
men in loco tenebrarum vt in vita
ſua facere ſolebant: imo veritatē de
monſtrabunt vt eſt in facto. Canis
quoqꝫ conſcientie qui debilitatus
erat incipiet acerrime latrare tam
valide ꝙ quaſi conducet animā ad
quandam deſperationem: quāuis
homo nunquam ex aliquo defectu
ſuo debet ad huiuſmodi deſperatio
nem adduci: immo fiducialiter in
precioſo ſanguine dilectiſſimi filij
mei confidendo ſperare debet: quia
ſine comparatione quacunqꝫ maior
eſt ⁊ ampliſſima miſericordia mea
quā in ſanguine recipitis ꝙꝫ omnia
peccata que cōmittuntur in mun/
do. non eſt tamen vllo modo differē
dum vt iam dixi quia valde multū
eſt homini periculoſum inter mul/
tos hoſtes in campo prelij ſe reperi
re nudum ⁊ inhermem.

## De multis alijs defectibus quos iniqui prefati miniſtri cōmittunt. Capitulum. cxxxi.

Vere cariſſima filia miſeri de
quibus ego tibi narraui non
attendunt ad hec aliqua conſidera
tione: qꝛ ſi conſiderarent nō cōmit/
terent iniquitates huiuſmodi nec
etiā alas: imo facerēt vt illi qui vir
tuoſe viuebant qui potius eligebāt
expectare mortem ꝙꝫ offendere me
vel inquinare turpiter anime ſue fa
ciē atqꝫ minuere dignitatē in qua
collocaueram eos ſed iugiter aug/
mētabāt virtuoſe viuendo dignita
tē atqꝫ pulchritudinē aiarū ſuarū.
Nō ꝙ in ſe cōſiderata ſacerdotij di
gnitas augmētari ſiue creſcere poſſit
ex virtute cuiuſcūqꝫ vel ex defectu
diminui vt ego ſupra tibi dixi ſꝫ vir
tutes exhibēt vnū ornamētū ⁊ vnā
in aīa dignitatē vltra pulchritudi/
nē eius quā hēt a principio cū ipſam
ad imaginē atqꝫ ſimilitudinē meā
creaui. Iſti cognouerūt ꝟitatē eter

ne mee bonitatis atq3 dignitatē co
rū: q2 ſupbia z amor proprius non
eos offuſcauerat nec abſtulerat eis
lumē virtuoſe rōnis ex eo q2 priua
bantur illis z me diligebant verita
tē pariter z animarū ſalutē. Infeli/
ces aūt iſti q2 luce priuati ſunt nō pti
meſcunt de vitio in vitiū ambula/
re donec in foueā inducant atq3 de
tēplo ſuarū aīarū z eccleſia ſancta
q̄ viridariū ē odoriferū ipſi fecerūt
vnū animaliū brutoꝝ receptaculū.
O cariſſima filia quātū ē abhomi/
nabile mihi videre domos eoꝝ que
debēt eē receptacula pauperū atq3
meoꝝ amicorū cū ipſi recipiunt in
eis īmundicias iniquarū pſonaruꝫ
ipſi debent veluti ſponſam amabilē
hēre breuiariū atq3 ſacre ſcripture
libros hēre loco filiorū in quib9 opi
do delectari debēt vt valeāt primū
inſtruere ſalutari doctrina cū exēplo
ſcē vite. Sed ipſi ſponſam breuiariū
pertractāt veluti adulterā z in ſuo
loco tenēt vnā diabolicā cōcubinaꝫ
cū qua viuūt īmūdiſſime cū fetenti
miſeria: libri vero ſui ſunt acies fi/
liorū quos acquiſierunt in tāta mi/
ſeria z iniquitate z abſq3 verecūdia
quacūq3 cū his ipudētiſſime dele/
ctantur. Diebus paſcalib9 z in alijs
eccleſie ſolēnitatibus in quib9 obli/
gant nomini meo reddere gloriā z
honorē deuote officiū diuinum per
ſoluendo incenſum adolendo mihi
humiliū orationum ipſi diſſolute lu
dunt atq3 ſolaciantur cū ſuis demo
niacis cōcubinis eundo cū ſeculari
bus ad venandū z aucupandū ve/
lut eſſent diſſoluti atq3 miſerrimi ſe
culares vel domini curie. O miſe/
rabiles homines ad quid eſtis ad/
ducti: vos obligamini venari z au/
cupari aīas ad laudem z gloriā no
minis mei z in viridario eccleſie ſan
cte commorari z vaditis venādo ꝑ
nemora. Sed quia talis homo fa/
ctus eſt vna beſtia in anima ſua re/
tinet animalia multorum pecca to/
rum mortalium: z ideo factus ē ve
nator beſtiarū irrōnabiliū. Ortus
enim anime tue factus ē ſilueſter in
quo multe vepres habundant ideo
delectaris ambulare per loca deſer
ta querendo ſilueſtres beſtias. Eru
beſcas igitur homo z cū diligentia
defectus proprios attēde q2 mate/
riā hbes erubeſcentie magne qua/
litercunq3 te verteris. Tu vero ne/
ſcis erubeſcere q2 pdidiſti ſanctum
verumq3 timorem meū: imo veluti
meretrix abſq3 verecūdia quādoq3
te iactabis hēre mūdi ſtatū pulcrā
hēre familiā z aciē filiorū. Et ſi for/
te nō hēs iurta poſſe ſatagis habe/
re vt tibi ſuccedāt heredes: vnde tu
fur es atq3 latro qm̄ optime noſti ꝙ
ita facere nō debes. Heredes enim
tui debēt eē paupes: z eccleſia tibi
cōmiſſa. O demō incarnate fine lu/
miſe tu q̄ris ea q̄ recuſare debuiſti
z te iactas de eo qḋ tibi cedit ad ma
gnā cōfuſionē: vñ multo rubore de
buiſti ſuffundi pcipue corā me qui
video ſecretiſſima tui cordis: ac eti/
am ante alias creaturas oīno cōfu
ſus es. Cornua tamen tue ſuperbie
nō permittūt vt agnoſcas ipſam cō
fuſionē tuā. O dilectiſſima filia cō/
ſidera qm̄ illū conſtitui ſuper pōte

doctrine mee veritatis adminiſtrā
dum vobis viatoribus eccleſie ſa/
cramenta veneranda: ipſe vero de/
creuit ſtare infra ſub pōte vꝫ in flu
mine miſerabili atqꝫ procelloſo de/
litiarum ꝛ laſciuie mundi: ꝛ in ipo
flumīe vobis illa miniſtrat neqꝫ cō
ſiderat in quanto periculo conſtat
vnda nāqꝫ mortis indilate rapiet
eum: ꝛ niſi ſe conuerterit cum vera cor
dis contritione indubitāter ibit cū
dominis eius demonibus quibus
voluntarie ſeruiuit ꝛ acquieuit vt
eum ducerent per viaꝫ fluminis in
feriorem: quare ſine remedio perue
niet ad eternam damnationem cū
tanta reprehenſione ꝛ īproperio: ꝙ
lingua tua narrare nequiret: ꝛ ei ſi
ne dubio grauius erit ꝙ̄ vni ſecula
ri propter officium ſacerdotis vn/
de culpa ſimilis ꝛ eadem amplius
in eo punietur ꝛ in aliis in tanta di
gnitate conſtitutis ꝙ̄ in alio qui ſe
culariter in mundo vixiſſet: ꝛ in pū
cto mortis inimici ſui contra eū in/
ſurgent accuſando eum imprope/
rio maiori ꝑ ut alias ego tibi dixi.

**De differentia mortis iuſtorum ꝛ peccatorum ꝛ primo de morte iu/ſtorum. Capitulū. cxxxi.**

Et quoniā ego dixi tibi ꝙ mū/
dus atqꝫ demones vna cū pro
pria ſenſualitate ipſum valde turpi
ter accuſabant ꝛ ita ſe veritas ha/
bet in iſto puncto nunc volo tibi la
tius explicare ſuper his infelicibus
vt ampliori compaſſione mouearis
ad eos quantum diſtant bella iuſto
rum a bellis hominum peccatoruꝫ
ꝛ quantum differunt iter ſe mores
eorum ꝛ cum quanta pace moritur
iuſtus amplius vel minus iuxta ꝑ/
fectionem anime: vnde volo te no/
ſce ꝙ omnes pene quas habent ho
mines in voluntate conſiſtunt: qꝛ ſi
voluntas eſſet ordinata ꝛ cum vo/
luntate mea concors eſſet omnino
pena careret. Non tamen aſſero qn
in ſe labores haberet atqꝫ ſentiret:
ſꝫ illi voluntati que ſponte portaret
amore mei non eſſent ad penam qꝛ
libentiſſime portat ex quo mee vo/
lūtatis eſt cum qua concordat. Eti
am ex odio quod contra ſe concipit
guerram iſti ſeruiꝰ mei fecerūt cuꝫ
aduerſario demone cum mundo ꝛ
cuꝫ propria ſenſualitate. Quare pū
cto mortis adueniente cū pace per
tranſeunt quoniā inimici eorū in vi
ta ſuperati fuerūt ab eis atqꝫ debel
lati. Mundus eos accuſare non pōt
ex eo ꝙ ipſi fraudes eius cognoue/
rūt: ꝛ iō mūdo renūciauerūt ꝛ oībꝰ
pōpis atqꝫ delitiis eiꝰ. Fragilitaſqꝫ
ſuorū corporū eos accuſare non pōt
qm̄ ipſi ſubiugauerunt eā veluti ſer
uā ſub freno rōnis ꝛ virtutis mace
rādo corpus cū penitētia: cū vigilis
cū oratione continua ꝛ humili. Uo
luntatē vero ſenſitiuam intereme/
runt cū odio atqꝫ diſplicentia vitio
rū ꝛ amore virtutū cōculcata peni
tus omni teneritudine proprii cor/
poris. que teneritudo atqꝫ delecta/
tio que naturale ē iter corpus ꝛ ani
mā facit mortē apparere difficilem
qꝛ naturaliter hō metuit ita mortē:
ſed quia virtus in iuſto qui perfe/

ctus eſt tranſcendit ⁊ ſuperat natu
ram vꝫ illū timorē qui naturalis ē
cū odio ſcō ſuo pertrāſit ⁊ cū deſide
rio redeundi ad finē ſuū itaqꝫ tene
ritudo naturalis nō valet cum ipu
gnare. Etiā cōſciētia requieſcit qm̄
in vita ſua bene cuſtodiuit cane la/
trante venientibus inimicis ad ciui
tatē anime capiēdā vti canis agere
ſolet ad cuſtodiā alicuius ianue de
putatus qui ſentiendo vel videndo
venire quoſdaꝫ extraneos valde la
trat vt homines excitet. Ita canis
iſte conſcientie cuſtodem vꝫ rōnem
excitat: ⁊ ratio ſimul cum arbitrio
libero cognouerūt apte cū lu mine
intellectus vtrum adueniens eſſet
amicus vel inimicus. Amicuꝫ ideſt
virtutes ⁊ ſanctas cogitationes ac/
ceptauerunt affectuoſe cum ſancta
ſollicitudine illas exercentes. Ini/
micum autem ideſt vitiū atqꝫ cogi
tationes peruerſas expulerūt cum
odioſa diſplicētia. Itaqꝫ cū manu li
beri arbitrij tenētes gladiū ancipi
tem videlicet amoris virtutū ⁊ odij
vitiorum ⁊ cum lumine ratiōis ini/
micos eorū expugnauerunt: ⁊ ſic in
puncto mortis conſcientia nō hꝫ in
ſe remorſum eo q͛ bonā habuit vn/
diqꝫ cuſtodiam: ideo pacifice quie/
uit. Anima tamen ex humilitate ac
etiā q͛ tp̄e mortis amplius agnoſcit
theſaurū tēporis atqꝫ lapides p̄cio/
ſos virtutū valde redarguit ſemet/
ipſam ex eo q͛ ſibi non videtur ex/
pēdiſſe tempus virtuoſe ſicut opor/
tebat. Iſta tamē amaritudo non af
fligit animā: imo pingueſacit eam
pro eo ꝙ ex hoc in ſemetipſa ſe vir

tuoſe recolligit iugiter habens in
obiectum humilis agni ſanguinem
precioſum ⁊ non attendit ad aliq̄s
virtutes quas hactenus egerit q͛
minime confidit in eis: immo ſoluꝫ
in ipſo ſanguīe dilectiſſimi filij mei
vbi miſericordiam ineſtimabilē in/
uenit. Et vt in vita preſenti cum iu
gi memoria ſanguinis vixit ita duꝫ
eſt in tempore mortis ipſo ſanguine
balneatur ⁊ inebriatur. Demonia
vero quoniam illā arguere neque/
unt de peccato eo ꝙ in vita ſua ma
litiam eorum valde prudēter ⁊ vir
tuoſe ſuperauit. iuxta poſſe tamen
adhuc inquirūt oportune ſi poſſent
in ea aliquid lucrari: vnde veniunt
cū aſpectu nimis horribili vt ei ter/
rorem incutiant ⁊ cum varijs atqꝫ
multis fantaſijs. Sed quoniam in
anima tali non inueniunt eſſe vene
num peccatti ipſa nō expaueſcit in
omnibus illis vt expaueſceret ani/
ma cuiuſdam alterius iniqui pecca
tis mortalibus irretita. Ipſi vero
demones attendentes animam il/
lam introiſſe ſanguinem cum igni/
fera caritate non valent eaꝫ aliquo
modo tollerare ſed a remotis eam
ſagitare conantur. Et ideo clamo/
res eorum ⁊ huiuſmodi guerra nul
lum inferunt impedimentum ſiue
detrimentum ei quia iam incipit in
ſe guſtare vitam eternam vt alias
tibi dixi. Nam cum intellectus ocu
lo qui continet in ſe pupillam atqꝫ
lumen alme fidei me videt qui ſum
eternum ⁊ omne bonum quod ha/
bere preſtolatur ex gratia non ex
debito ī virtute ſanguis vnigeniti

filij mei. Extendit ergo bꝛachia ſpei
⁊ manibus amoꝛis illum aſtringit
intrando poſſet antequā perueniat
illico tranſeundo per artam ianuaꝫ
vnigeniti mei ſanguine madefactā
⁊ inebꝛiatā in me mare pacificum
verbo meo pariter vnitum quia ſu
mus vnum vt bene noſti. quantuꝫ
vero gaudium hēat in ſe creatura
que cum tanta dulcedine ſe perue/
niſſe cognoſcit ad iſtum feliciſſimū
paſſum lingua carnis aliqua narra
re nequiret ex eo quia bonum ange
lice nature deguſtat. ⁊ vt vixit in ca
ritate fraterna cuꝫ pꝛoximo ſuo ita
bonū felicium beatoꝛum in verita
te deguſtat atqꝫ participat. hoc ha/
bent omnes generaliter qui pertrā
ſeunt ita dulciter ⁊ virtuoſe. Mini/
ſtri vero mei de quibus ego tibi di
xi ꝙ vt angeli vixerant multo feli/
cius ⁊ amplius habent ex eo qđ in
vita pꝛeſenti vixerunt cum intelle/
ctu maioꝛū ⁊ cum āpliori fame mei
honoꝛis atqꝫ ſalutis animarū. Non
abſolute loquoꝛ de lumine virtutū
qđ vnuſquiſqꝫ pōt habere: ſed quo/
niam iſti cum additamēto luminis
virtuoſe viuendi quod eſt ſuperna/
turale lumen etiam habuerunt ſa/
cre pagine lumē pꝛopter quā ampli
us agnouerunt de veritate mea.
Quicunqꝫ vero plus agnoſcit plus
diligit: ⁊ qui plus diligit a me plus
accipit: meritum enim noſtrum cū
amoꝛis quantitate mēſuratur atqꝫ
compenſatur. Et ſi tu peteres a me
vtrum vnus qui ſcientia careat ad/
hunc amoꝛem attingere poſſit ab/
ſolute reſpondeo ꝙ ſic eſt enim val
de poſſibile ſed vnum particulare
pꝛiuilegium nō facit legeꝫ vniuer
ſalem: ego vero loquoꝛ in generali.
Statum quoqꝫ maioꝛem habēt pꝛo
pter ſacerdotalem dignitateꝫ ex eo
ꝙ directe collocati fuerunt in offi/
cio manducandi animas ad hono/
rem meum: q̄qꝫ omnes obligati ſi/
tis in caritate pꝛoximi veſtri ꝑma/
nere. Sed iſtis ex officio cōmiſſum
ē vnigeniti filij mei miniſtrare ſan
guinem ⁊ animas virtuoſe guber/
nare: qđ adimplendo cum ſancta ſo
licitudine ⁊ cum affectu virtutis vl
tra recipiunt q̄ꝫ alij. O quantū ipſo
rum aīa beata conſiſtit in illa moꝛ
tis extremitate pꝛo eo ꝙ extiterunt
ānunciatoꝛes atqꝫ defenſoꝛes alme
⁊ catholice fidei: ⁊ illam inſeruerūt
medullis anime ſue cum qua ſuum
in me locum aſpiciunt: ſpem cum
qua vixerunt in vita pꝛeſenti exten
dunt in me cuꝫ iocūditate magna.
Sperauerunt enim in dulci pꝛoui/
dentia mea nullatenus in ſe confi/
dentes vel in pꝛopꝛio ſenſu. Et quia
de ſe ſpem omnino perdiderunt nō
habuerunt inoꝛdinatum affectum
alicui creature nec in alia re crea/
ta quia voluntarie pauperem vitā
elegerunt: coꝛ illoꝛum fuit vere vas
electionis ad annunciandum atqꝫ
poꝛtandum vbiqꝫ nomen meuꝫ cū
ingenti ⁊ ignifera caritate cum exē
plo ſancte vite atqꝫ ſana doctrina
verbi pꝛopter animarum ſalutem.
Surgunt ergo cum ignifera carita
te per affectum amoꝛis aſtringētes
me finem ſuum offerentes in con/
ſpectu meo iuſtitie margaritā quaꝫ

iugiter habuerunt in ſe ſemper vni
cuiqꝫ faciendo iuſtitiam ⁊ diſcretio
ne magna reddendo vnicuiqꝫ debi
tum ſuum. Ideo iuſte mihi qđ meū
eſt aſſignant videlicet cum humili/
tate vera retribuendo gloꝛiaꝫ ⁊ ho
noꝛem ſancto nomini meo a me re/
cognoſcendo recepiſſe gratiam vir
tuoſe tempus expendendi cum con
ſcientia pura. Sibi autem attribu/
unt humiliter indignationem ſan/
ctam quia ſe reputāt indignos qui
huiuſmodi gratiam habuerint con
ſcientiaꝫ ipſoꝛum bonum mihi tri/
buit teſtimonium: ⁊ ideo iuſte retri
buo libenter eis iuſtitie coꝛoñam
margaritis virtutum oꝛnatam vi/
delicet de fructu quem extraxit af
fectuoſa caritas eoꝛum ex alijs vir/
tutibus. O angeli terreſtres valde
commendabiles atqꝫ beati minime
quippe fuiſtis ingrati de beneficijs
a me receptis neqꝫ fuiſtis ignoꝛan
tes atqꝫ negligentes imo ſolicite ſu
pꝛa veſtros ſubditos apertos ocu/
los habuiſtis ⁊ veluti fideles ⁊ ve/
ri paſtoꝛes ſecuti fuiſtis doctrinam
⁊ viam veri paſtoꝛis atqꝫ ſummi vi
delicet ieſu chꝛiſti filij mei: ⁊ ideo
realiter ⁊ illeſi tranſiſtis per ipſum
ſuo pꝛecioſo ſanguine madefacti, ⁊
immerſi cum gregibus ouium ve/
ſtrarum quoꝛum exemplo ſancte vi
te ac etiam per doctrinam veſtram
omnino ſalubꝛem multitudineꝫ ad
duxiſtis ad eternam vitam ⁊ alias
quāplurimas in ſtatu gratie reli/
quiſtis. O filia cariſſima talis vi/
ſio demonuꝫ in nullo nocere pōt ex
eo ꝙ viſio mea confoꝛtat quā per fi

dem vident: ⁊ ex affectuoſa dilectio
ne tenēt. Et quoniam in eis non in/
uenitur alicuius peccati venenum
obſcuritas ⁊ aſpectus eoꝛū hoꝛribi
lis non inferunt eis alicuius mole/
ſtie detrimentum vel alicuius inu/
tilis timoꝛis quoniam in eis inueni
tur ſolummodo timoꝛ omnino ſan/
ctus ⁊ non ſeruilis. Ipſi nullo mo/
do timent, eoꝛum falacias atqꝫ frau
des: qꝛ cum lumine ſupernaturali:
ac etiam cum lumi/ne ſacre ſcriptu
re cognouerunt eas etiam a remo/
tis vnde non habuerunt inde tene
bꝛas aliquas vel mentis alteratio/
nem. Sic ergo balneati, pꝛecioſo ſan
guine ieſu chꝛiſti glorioſe, tranſeunt
cum ingenti fame ſalutis animarū
pꝛopter honoꝛem meū caritate ſuc/
cenſi per iañuam filij mei, ⁊ tranſeū
tes intrauerunt in me mare pacifi/
cum. ⁊ a bonitate, mea digne collo/
cati ſunt in gradu ſuo iuxta menſu
ram affectuoſe caritatis quaꝫ vnuſ
quiſqꝫ ſecum attulit.

De moꝛte peccatoꝛum ⁊ penis eo
ruꝫ in hoꝛa moꝛtis. Capi. cxxxij.

SEd attende cariſſima filia qꝛ
ſicut excellentia iuſtoꝛū ē val
de magna ſic econuerſo miſeria pec
catoꝛū ⁊ infeliciuꝫ valde maioꝛ eſt
de moꝛte quoꝛum aliqua tibi narra
ui quantuꝫ eſt terribilis ⁊ obſcura.
nam in hoꝛa moꝛtis pꝛocaciſſime de
mones eos accuſant atqꝫ moleſtant
in figura ſua ſe demonſtrantes cuꝫ
inextimabili terroꝛe ⁊ obſcuritate.
Tu noſti ꝙ eſt intantum hoꝛribilis

ꝙ homines experti eligerent potiꝰ
habere omnes penas vite preſentis
q̄ꝫ eos in ſua figura videre. Inſuper
⁊ miſero peccatori renouat conſcien
tie ſtimulus qui valde rodit ⁊ cru/
ciat eum inordinate delitie quibus
abuſus eſt propria ſenſualitas cuiꝰ
dominationi ſe ſubiecerat de virtu
oſa ratione faciendo ſeruam valde
miſerabiliter eum accuſant. Tunc
enim aperte veritatem agnoſcit eo
rum que ante non cognoſcebat vn
de per errorem eius ad magnaꝫ cō
fuſionem adducit: quoniaꝫ in vita
ſua vixit velut infidelis ⁊ mihi re/
bellis ex eo q̄ amor proprius vella
uit pupillam luminis fidei ſanctiſ/
ſime. Demones quoqꝫ moleſtant eū
de infidelitate vt ad deſperationeꝫ
eum adducant. O q̄ꝫ dure impu/
gnant in hora tali quoniā inueniūt
eum inhermem ⁊ abſqꝫ caritatis ⁊
aliarum virtutū armatura: q: velu
ti diaboli membrum fuit illis ex to
to priuatus in vita ſua. Unde ca/
rent tales omnino lumine ſuperna
turali atqꝫ ſcientie quia non intelle
xerunt eam ex eo q̄ cornua ſuper/
bie penitus impedierunt ne medul
le dulcedinem intelligerent. vnde
tales in magnis prelijs ignorāt oi/
no quid agere debeant. In ſpe quo
qꝫ minime nutriti ſunt quoniaꝫ in
me non ſunt aſſuecti ſperare nec in
ſanguine precioſo filij mei cuiꝰ eos
eſſe feci miniſtros: imo ſolum in ſe/
metipſis ⁊ delitijs atqꝫ ſtatibus vi/
te preſentis. Nec aduertebāt iſti mi
ſeri demones īcarnati q̄ omnia ſub
vſura tenebant ⁊ veluti debitores
de ſingulis oportebat eos ante me
reddere rationem: modo ſe nudos
inueniūt abſqꝫ virtute aliqua ⁊ vn
decunqꝫ ſe vertunt audiunt impro
peria multa cum ingenti confuſio/
ne iniuſtitia propria qua fuerunt
abuſi in vita ſua procaciter eos ac
cuſant in conſcientia ſua vnde non
audent aliud q̄ iuſtitiam poſtula/
re. Noueris ergo q̄ ipſi tunc tantaꝫ
⁊ talem habent verecundiam ⁊ con
fuſionem q: omnino venirent ad vl
timam deſperationem ⁊ cum ea de
ducerentur a demonibus ad eter/
na ſupplitia niſi q̄ in vita ſua ex
quodam vſu preſumebant dicere q̄
magna eſt miſericordia dei quāuis
eorum defectibus exigentibus iſta
ſit magna preſumptio: quia ſtultuꝫ
eſt ⁊ valde reprehenſibile cum bra/
chio miſericordie mee offendere me
ideo non eſt vocanda miſericordie
ſpes ſed dicenda preſumptio: ipſi ta
men hunc habitum aſſumpſerunt.
Uenientes igitur ad mortis extre/
mitatem conſcientiam propriā ex/
honeſtantes per ſanctam ⁊ humilē
confeſſionem et ablata preſumptio
ne q̄ illo modo non offendant vltra
remanet habitus ille miſericordie
mee agnoſcentes humiliter ex gra/
tia tunc q̄d ante ſuperbe preſume/
bant ⁊ ita miſericordiaꝫ humiliter
implorando reperiunt eam. Hoc
agit vtiqꝫ gratioſa miſericordia mea
vt ita ſperent in vita ſua. Quāuis
ego non ita concedo vt ex miſericor
dia mea magis offendant: ſed vt in
caritate ſe dillatent ⁊ in conſidera/
tione mee bonitatis. Ipſi tamē abu

tantur in oppoſitum: quia ſub ipſa ſpe miſericordie mee frequenter of/fendunt: ego tamen eos in ſpe miſe/ricordie conſeruo vt in extremitate mortis habeant huiuſmodi refugi/um ⁊ omnino minime deficiant in tali reprehenſione ⁊ ita veniant ad deſperationem. Quare multo gra/uius offenderent ⁊ eis ampliꝰ pro/culdubio noceret hoc vltimum pec/catum deſperando ꝙ̄ alia peccata que cõmiſiſſent vnquam. Cauſa ve/ro propter quam hoc amplius mi/hi diſplicet ⁊ ipſis ita nocet eſt ita quoniam alia peccata fiunt ex ali/qua complacentia ſiue delectatio/ne proprie ſenſualitatis: ⁊ aliquan/do ſe commiſiſſe dolent. vnde tantũ atqꝫ taliter dolere poſſent ꝙ illico plenam obtinerent indulgentiam. In peccato vero deſperationis nul/la fragilitas eſt in cauſa quia nulla eſt ibi delectatio: immo eſt ibi pena grauiſſima ⁊ intollerabilis: ac eti/am ille qui deſperat miſericordiam meam apertiſſime contempnit exi/ſtimando maiorem culpam ſuam ꝙ̄ miſericordiam atqꝫ bonitatem meam. Unde poſt huioſmodi pec/catum non dolet neqꝫ penitet: quia commiſſo peccato ⁊ oſtenſa mea nec vltra dolere poteſt. Ipſe bene dolet de ſuo damno irremediabili ſed nõ de culpa contra me perpetrata ⁊ ita recipit eterna ſupplicia. Itaqꝫ ſo/lum peccatum iſtud eum ad infer/num adducit ibiqꝫ punitur valde de hoc ⁊ alijs offenſis atqꝫ peccatis eius. Sed ſi voluiſſet in veritate de commiſſis culpis erga me ſperan/do fideliter in miſericordia mea cer/tiſſime feciſſem ei miſericordiam: quoniam abſqꝫ comparatione qua/cunqꝫ ſicut alias tibi dixi nimis ex/ceſſiue maior eſt miſericordia mea ꝙ̄ omnia peccata commiſſa vel que committi poſſent ab aliqua creatu/ra. Et ideo valde mihi diſplicet ꝙ aliqui maiores eſſe ſuos defectus exiſtiment vllo modo. Hoc eſt enim illud peccatum ꝙ nullo tempore dimittitur in preſenti ſeculo nec in futuro. Poſtquam igitur infelices iſti vitam ſuam inordinate: immo ſcelerate conſumpſerunt in mortis articulo ſaltem vellem ꝙ in miſeri/cordia mea ſpem in veritate pone/rent ex eo ꝙ huiuſmodi deſperatio/nem multũ abhominor. Et ideo fre/quenter in vita peccatorũ vtor iſta fraude ſancta ſiue deceptione ꝙ vi/delicet ipſi preſumant etiam indi/gne de miſericordia mea ineſtima/bili: quia quando ſunt in ea taliter aſſueti ⁊ habituati non ita faciliter ab ea diſcedunt ex illis reprehenſio/nibus aſperimis quas ab aduerſa/rijs audiunt vt agerent quãdo non eſſent habituati. Hec omnia facit abiſſus excellẽtiſſime caritatis mee ſed ipſi fuerunt abuſi ea miſericor/dia cum tenebroſo amore ꝓprio a quo ꝓceſſit oẽ malũ ipſoꝝ. Ipſi aũt in ꝟitate nõ intellexerũt id reputã/tes ad preſumptionẽ magnã quãtũ ad affectũ ipſorũ ipſa dulcedo miſe/ricordie: ⁊ hec ẽ alia rephẽſio quã a ꝯſcia recipiũt in cõſpectu demonum eis improperãdo ꝙ tps ⁊ miſericordie latitudinem in q̃ ſperabãt oportebat

expendere virtuoſe dilatando cor
in caritate mea: ⁊ amore virtutum
⁊ ita tempus expenderẽ quod eis ex
amore conceſſi: ipſi vero cum tem-
pore atq; ſpe larga miſericordie me
grauiter offendebant. O ceci miſe-
rabiles ego poſui veſtris in mani-
bus margaritam: atq; talentum: vt
ad lucrum expenderetis vos autẽ
veluti preſumptuoſi renuiſtis im-
plere voluntatem meã: ſed abſcon
diſtis in terra inordinati amoris ꝓ
prij ſenſitiui qui vobis modo morti
ferum fructum exhibet. O miſeri
homines quanta eſt nunc pena ve-
ſtra quam in morte ſentitis. Modo
vos minime latent iniquitates ve-
ſtre: quia vermis conſcientie modo
minime dormit: imo valde moleſte
rodit: demones quoq; terribili vo-
ce ſuper vos clamant exhibẽdo vo-
bis meritum quod ſunt aſſueti im-
pendere ſeruis ⁊ amicis eorum: vi-
delicet improperium atq; confuſio
nem. Et vt in mortis extremitate nõ
euadatis vllo modo manus eorum
iuxta poſſe conantur: vt ad deſpera
tionem deueniatis: ⁊ ideo vobis cõ
fuſionem inferunt: vt vna cũ eis ha
beatis: ⁊ deguſtetis in eternum ea q̃
poſſident ipſi: vz tormẽta perpetua
O miſeri dignitas in qua vos ita
gratioſe collocaueram ſe lucidam
vobis oſtendit: vt eſt ad veſtram ve
recundiam ex eo ꝙ in tanta pecca-
torum obſcuritate ipſa fuiſtis abuſi.
Eccleſie ſubſtantia vos accuſat: vt
fures: atq; latrones: ⁊ infidos debi-
tores obligati enim eratis pauperi
bus ⁊ eccleſie vobis cõmiſſe debitum
exſoluere: tunc accuſaris: o miſer a
conſcientia ꝙ expenderis in mere-
tricibus eã: ⁊ ad filios proprios edu
candos: ⁊ vt carnales conſanguine
os ex ipſa ſubſtãtia ditares. Ex qua
te ſimiliter ingurgitaſti guloſe vi-
uendo reprehenſibiliter ornando ꝓ
priam domum aurum: ⁊ argentum
auare congregando vbi debebas i
voluntaria paupertate viuere. Cõ
ſcientia tibi repreſentat ꝙ officium
diuinum omittebas: neq; curabas
ex hoc in mortale peccatum incur-
rere. Si vero quandoq; perſoluebas
ore cor tuum a me: valde remotum
erat. Item conſcientia te cum ſimi-
libus tuis arguit pro ſubditis ve-
ſtris quos alere debuiſtis verbo pa
riter ⁊ exemplo ſancte vite dirigẽ
do ammonendo: atq; corrigendo vir-
ga iuſtitie ⁊ manu miſericordie. Et
quoniam hec agere neglexiſtis in hor
ribili demonum aſpectu nimio ru-
bore cõfundemini. Tu vero qui fui
ſti prelatus exhibendo prelationes
⁊ curam animarum iniuſte: vel ali-
cui ſubdito indigno non attenden-
do cum prudenti diligentia cui de-
diſti redargueris a conſcientia. Quia
debebas illas exhibere non ex adu
latione: vel ad complacentiam ho-
minũ ſiue propter accepta dona: imo
ſolũ intuitu virtutis: ⁊ ad honorem
meũ: ⁊ ſalutem animarum. Et quia ſic
agere neglexiſti valde redargueris.
Et ad verecundiam: atq; confuſionem
tuã apte tibi conſcientia dictat lumi-
ne itellectus oſtendẽte q̃cũq; facere
debuiſti ⁊ neglexiſti: ⁊ ea que feciſti
que facere non debuiſti. Et volo te

noſce filia cariſſima: qꝛ melius ap/
paret albedo pꝛope ingredientem
collocata ⁊ econuerſo nigredo ſecus
albedinē qꝫ ponendo ſcoꝛſum ⁊ vnū
ab altero ſepatuȝ: ⁊ ita miſeris iſtis
occurrit iſtis in particulari dico ac
etiam alijs in generali ꝙ in moꝛtis
articulo ī quo aīa p̄ſertim cognoſcit
aptius opa ſua vȝ iniquitatem ſuā
⁊ iuſtus beatitudinem ſuaȝ iniuſto
miſero peccatoꝛi repꝛeſentatur ini/
qua vita ſua. Et ſi nullum haberet
accuſatoꝛem alium conſcientia pꝛo
pꝛia ſibi pꝛepōit omnia ſcelera que
cōmiſit: ⁊ virtutes quas ōmiſit: vir/
tutes: vȝ ad verecundiam eius am
pliorem. Et qꝛ poſita virtute pꝛope
vitium ex virtute plenius agnoſci/
tur vitium: ⁊ quanto melius agno/
ſcit amplius erubeſcit: ⁊ ex defectu
ſuo melius intelligit perfectionem
virtutis: vnde maioꝛi doloꝛe tabe/
ſcit agnoſcendo ſe virtutibus omni
bus in vita ſua fuiſſe pꝛiuatuȝ ⁊ ex
poliatum. Et volo te ſcire ꝙ in illa
noticia quam habent iſti virtutis: ⁊
vitioꝛum valde bene vident: ⁊ intel
ligunt bonūȝ quod ex virtute ſequi
tur homini virtuoſo: atqꝫ penā quā
illuȝ conſequitur qui iacuit in tene
bꝛis moꝛtalium peccatoꝛum. Cogni
tionem autem iſtam ego tribuo nō
vt veniant in deſperationem: ſed vt
perueniant ad perfectam ſui notici
am: ⁊ erubeſcant pꝛo ſuo defectu cū
fideli ſpe miſericoꝛdie mee: vt cum
iſta verecundia: ⁊ huiuſmodi noti/
cia deleant ſuos exceſſus: ⁊ humili/
ter poſcendo miſericoꝛdiaȝ placent
iram meam: virtuoſus auteȝ ex hoc
augmentatur in gaudio ⁊ agnitio/
ne mee veritatis atqꝫ caritatis. At
tribuit enim mihi: ⁊ non ſibi grati/
am: ꝙ iuerit per viam virtutis: vn
de dulciter exultat in me cum iſta
vera noticia: ⁊ guſtat: atqꝫ recipit
optatum finem ſuum: vt alias: ego
tibi dixi: itaqꝫ iuſtus exultat in gau
dio qui vixit in p̄ſenti vita cuȝ igni
fera caritate iniquus vero tenebꝛo
ſus in pena confunditur: iuſto tene
bꝛoſus: ⁊ hoꝛꝛibilis aſpectus demo/
num nullum omnino detrimentuȝ
infert: nec etiam inde timet ex eo ꝙ
ſolummodo peccatum eſt illud: vn/
de timoꝛ: atqꝫ nocumentum occur/
rit homini. Sed illi qui laſciue cum
alijs miſerijs multis vitaȝ duxerūt
habent inde nocumentum: atqꝫ ter
roꝛem in aſpectu demonuȝ. Non ta
men hoc eſt nocumentum deſpera/
tionis niſi velit ipſi deſperare: ſed ē
vna pena moleſtiſſime repꝛehenſio
nis: atqꝫ conſcientie grauiſſime re/
moꝛdentis: ⁊ eſt timoꝛ: ⁊ tremoꝛ in
hoꝛꝛibili aſpectu demonūm. Vide/
as ergo cariſſima filia quantum a
ſe differunt in moꝛtis articulo cru/
ciamenta ſiue bella que iuſti ſenti/
unt ab his que patiuntur iniqui: ⁊
quantum eoꝛum finis eſt a ſe diffe/
rens. Oſtendi tibi paruam ſcintil/
lam: videlicet oculo intellectus tui.
Et eſt ita parua reſpectu eius quod
eſt ꝙ quaſi nihil eſt de pena quam
habet iniquus: ⁊ de bono quod ha/
bet iuſtus. Nunc aperte cognoſce/
re potes quanta cecitas eſt homi/
nis: ⁊ pꝛeſertim iſtoꝛum miſerabili/
um: quia quanto plus a me receperūt

⁊ amplius illuminati ſunt a ſacra ſcriptura tanto magis obligantur ⁊ ampliorem habebunt amaram atq penoſam confuſionem. Et quoniam amplius in vita cognouerũt a ſacra ſcriptura magis ⁊ amplius in morte cognoſcunt exceſſus proprios quos ipſi cognouerunt: vnde merito collocãtur in ſupplicijs grauioribus q̃ alij prout econuerſo iuſti collocati ſunt in excellentia maiori: iſtis accidit veluti falſo chriſtiano qui collocatus eſt in inferno cum tormento grauiori q̃ vnus paganus pro eo q habuit in ſe fide ilumen ⁊ ei renunciauit ille vero paganus omnino caruit. Sic iſti miniſtri mei maiori pena cruciabuntur ex eadem culpa q̃ alij ſeculares: ⁊ hoc propter miniſterium eis a me gratioſe commiſſum. videlicet eis committendo ſolem venerandi ſacramenti miniſtrandum. Et quia ſcientie lumen habuerunt ad veritatem aperte diſcernendam non ſolummodo pro ſe: ſed etiam pro ceteris ſi voluiſſent: ⁊ ideo maiori tormento cruciantur. Sed ipſi miſeri non agnoſcũt qui ſi ſua prudentia: hec attente conſiderarent proculdubio nõ inciderent in huiuſmodi mala: ſed eſſent vtiq quales eſſe debẽt ⁊ ipſi non ſunt ſoli: ſed totus vniuerſus eſt valde corruptus: quoniam ipſi deteriora faciunt in gradu ſuo q̃ ſeculares. Et cum ſuis fetoribus ⁊ iniquitatibus inquinant: atq turpiſſime maculant facies animarum ſuarum ſubditoſq ſuos corrumpũt atq ſanguinem ſponſe mee damnabili modo ſuggerũt: vide licet eccleſie ſancte: vnde propter huiuſmodi defectus eorum ipſa ſponſa mea valde palet: q: vz amorem: ⁊ caritatis affectum quem ad ipſam habere debent ad ſemetipſos retorquere non erubeſcunt: ⁊ ad alia non videntur attendere preterq̃ ad ipſam inſaciabili fame deuorandam: ⁊ ad extorquendum ab ea prelationes atq magnos introitus vbi deberent extorquere ſalutem animarum. Quare propter ipſorum vitam inordinatã imo reprobam ſeculares veniunt ad irreuerentiam: ⁊ inobedientiam eccleſie ſancte quamuis ipſi minime debeant ita facere: neq defectus eorum excuſatur ex defectu quocunque miniſtrorum.

Repetitio ſuper aliquibus iam ſupradictis: ⁊ quomodo ſeculares expreſſe prohibent ne manus apponant in clericos. Capi. cxxxiiij.

